est, ambo nanq; actū esse oportet. Est em̄ hoc quidē motiuum, quo potest hoc aut mouēs quo agit. At ipsius mobilis est actiuū. Quare p̄inde amboꝝ vnus est actus, atq; vnū ad duo, & duorū ad vnū idē est interuallū, & vt actiue atq; decliue. Hęc em̄ vnū quidē sunt. At ratio nō est vna. Similiter res sese habet, & in hisce quoq; alterū mo-

Dubi 19. ¶ Existit aut̄ hoc loco dubitatio (vet̄, alterū moueē. differendi facultati accomodata. Necesse est em̄ ipsum aut in priuatiōe, aut in potentia fortasse actū aliquē esse ipsius actiuū, & etiā ipsius passiui. ¶ Est em̄ actio quidē illius, passio vero huius, & opus finisue illius factū, huius affectus. Si iḡit̄ ambo sint motus, sintq; diuersi in quo nam sunt, aut em̄ in patiente & eo qd̄ mouet̄ sunt ambo, aut actio quidē est in agente, passio vero in patiēte. Quod si hanc etiā actionē oporteat appellare, noīe solo cōueniēt. At vero si hoc est, motus p̄fecto in eo quod mouet̄ erit. Eadē em̄ est & in eo qd̄ mouet̄, & in eo qd̄ mouet̄ ratio. Quare aut omne mouens mouebit̄, aut aliqd̄ motū habens haud mouebit̄. Qd̄ si ambo, actio inquā & passio in eo est, quod mouet̄ ac patit̄, & hęc duo doctio disciplinae sunt in ipso discēte. Primū quidē actus ī vno quoq; cuiusq; nō erit. Deinde absurdū est, duobus q̄ppiam motibus simul moueri. Erūt em̄ alteratiōes quædā vni^o due,

3^o actio & passio licet sint vnus actus ratioe tamen discrepant

LIBER TERCIVS PHISICORVM

atq; ad vnā formā. At fieri neq; At vn^o ne actus erit. At
 ratiois fines egredit, diuersorū specie duorū vnū actum
 eundēq; esse. Et si idem doctio disciplinaue. Et actio atq;
 passio docere etiam & discere idem erit & agere atq; pa
 ti. Quare necessario discet omnia q; docet, & patiet q; agit.
 20. ¶ An neq; alicuius actum in alio esse absurdū est. Est
 em̄ doctio docētis actus in aliquo tamē est & nō incisus,
 sed est huiusce in hoc. Neq; quicq; phibet vnū duorū eun
 dem esse, nō vt idem habeat esse, sed vt est id qd' est po
 tentia, ad id quod est actu.

21. ¶ Neq; necesse est docentē discere, & si patiatq; age
 re idē est nō vt ea tamē que ratiois eiusdem sunt, vt vesti
 mentum ac tunica, sed vt via qua ex thebis athenæ, & ex
 athenis thebæ petunt, vt & antea diximus. Nō em̄ eadē
 iis omnia cōpetūt, quæ aliquo modo sunt eadē. Sed hiscæ
 dūtaxat quorū est eadē ratio. At neq; si doctio & discipli
 na sint idē, idē erit & docere ac discere, quæadmodū neq;
 si interuallū sit eorū quæ distant vnū idēq; est ab hoc ad
 illud atq; ad hoc ab illo distare.

22. ¶ Omnino autē neq; doctio, pprie idē est qd' disciplina,
 neq; actio idē qd' passio, sed motus cui hæc insunt. Nam
 huius in hoc, & hui^o esse actū ab hoc diuersum est ratioe

Epilogat.

23. ¶ Quid igitur est motus, & vnīuersaliē, & p partes etiā
 diximus. Nō est em̄ obscurū quonā pacto queq; species
 ipsius diffiniēt. Alteratio em̄ actis est alterabilis vt est al
 terabile. Em̄ uero notius hoc pacto etiā diffiniēt, si poten
 tia actiui atq; passiui vt tale est actus esse dicat, & simpli

TRACTATVS PRIMVS

citer & p singulos, vt ædificatio, vel medicatio. Modo eor-
dem & de cæterorū motuū vnoquoq; diceſ.

TRACTATVS SECVNDVS de infinito

¶ Capi. primū in quo ostēdit q̄ ad sciētiā naturalē ptinet
deſminare de infinito & ponit opiniōes antiquorū de ip-

pbō 1. **Q**UVM autē sciētia naturalis circa ma- (so infinito
gnitudines motū tempusq; verſet, quorū vnū
quodq; finitū aut infinitū esse neceſſe est. Et si
non omne q̄ dūis neceſſe est aut infinitū esse aut finitū vt
affectum ac punctū. Taliū em̄ fortasse nullū neceſſe est
in horū altero collocari. Ad naturalē sane philosophum
de infinito si sit nec ne, & si sit qd̄ nam sit cōtemplari perti-

32
Cōclusio d̄ infini-
to ad nālem philo-
sophū an sit qd̄
sit cōtemplari spe-
ctare videtur.

pbō 2. 25. ¶ Atq; sciētie huiusce cōtemplationē (nere videt,
de ipso propriā esse, hoc signo patet. ¶ Omnes em̄ q̄ digne
talē philosophiam tetigisse putant, de infinito sermonē
fecerūt ac om̄es ipsum vt principiū quoddā eorum quæ
sunt posuerūt. Alii qd̄ p se, vt substantiā, non vt rei cuiq;
accidens, vt pythagorici atq; plato verū pythagorici qui
dem in sensibilibus ipsum ponunt. Non em̄ separabilē ip-
sum numerū faciūt, & id quod est extra celū infinitū esse
dicebāt. Plato autē extra quidē celū neq; corpus esse neq;
ideas putabat, p̄pterea q̄ neq; vsq; sunt ipsæ. Infinitū ta-
men & insensibilibus & in illis esse censebat.

Op̄i. antiquorū nō
nāliter de infinito
loquentium.

26. ¶ Et illi quidem par ipsum infinitū esse dicebant. Hoc
em̄ cōprehensum atq; finitū ab impari prebet hūce quæ
sunt infinitionē. Signūq; huius id esse qd̄ in numeris ac-
cidit. Cū em̄ norme circa vnū seorsumq; ponunt, nūc alia
semper sit species nunc vna

LIBER TERTIVS PHISICORVM.

Opintiones phōz
nāliter loquentiū

27. ¶ At plato duo infinita facit, magnū in quā ac paruum
 ¶ Naturales aut omnes aliā quandā semp natura eorum;
 quæ elementa dicunt ipsi infinito supponūt, vt aquā vel
 aerem, vel id qd̄ inter hæc mediū collocat, preter eos qui
 elementa finita fecerunt. Nullus em̄ ipsorū infinitū facit.

Qui vero elemēta faciūt infinita vt Anaxagoras atq; De
 mocritus; ii infinitū ipsum tactu cōtinuū esse dicunt. Ille
 quidē ex hisce quæ sunt similiū partiū, hic aut ex indiui
 duis illis corpusculis, quæ figuris differunt, fiuntq; gene
 randarum semina rerum.

28. ¶ Atq; illæ quidē quibus cōgeriei partē congestam esse
 perinde atq; totam dicebat, q̄a videbat qd̄uis ex quouis
 oriri. Hic em̄ & om̄es res olim simul fuisse dixisse videt̄
 vt hanc carnē & hoc os, & qd̄uis simili modo. Igit̄ & vni
 uersa & simul ergo nō solū enim in vnoquoq; principiū
 est segregatiōis sed in ipso etiā vniuerso. Nam cū omne
 quod sit ex tali corpore fiat omniūq; sit generatio nō si
 mul tamē, atq; aliquod principiū generatiōis esse oport
 teat, & id sit vnū quod ille mentē appellat, mensq; a prin
 cipio quodā operet̄ cū intellexit. Necessē est olim om̄ia
 simul fuisse moueriq; olim cepisse.

29. ¶ Democrit⁹ aut nō aliud ex alio primorū illoꝝ corpo
 rum fieri dicit. Ipsum tamē cōmune corpus omnium est
 principium, magnitudine partiū differens atq; figura.

30. ¶ Patet igit̄ ex hisce quæ diximus, infiniti cōtemplati
 onem ad naturales philosophos ptinere. ¶ Principiū aut

Quatuor pprie
tates antiq attri
buebant infinito.

omnes ipsum ponūt cū ratiōe. Impossibile est em̄ aut ip

TRACTATUS SECVNDVS

sum in ratione rerū esse frustra, aut aliam vllam ipsi præter principii vim inesse. Omne em̄ quod est aut est principium, aut est ex principio. At principiū infiniti non est, esset em̄ ipsius finis. ¶ Preterea ingenitū ipsum esse corruptioneque vacare censent, quippe cū sit principiū quoddā. Nam & quod nascit̄ id habeat finē necesse est, & omnis corruptiois est finis. Quapropter vt dicim⁹ huiusce nō est principiū. Sed hoc principiū ceterorū esse videt̄. ¶ Et continere etiam ipsum omnia gubernareque dicūt, vt ū qui preter infinitū nullas alias causas faciūt, vt mentē aut cōcordiam. ¶ Et hoc esse ipm̄ diuinū. Est em̄ imortale, nec vnq̄ p̄ire potest, vt Anaximander & naturaliū plurimi dicūt.

¶ Capitulū secundū, in quo ponit ratios ad ostendendū q̄ infinitū sit & demōstrat quot modis dicif̄ infinitū & remouet op̄inōnē antiquorū q̄ de infinito non naturaliter

loquebantur.

- A** Sse aut̄ infinitū in ratione rerū, ex hisce quinq̄ *Quinq̄ rationes q̄ infinitū sit*
- pbō 1. maxime quispiam credet. ¶ Ex tempe. Est em̄
- pbō 2. hoc infinitū. ¶ Ex magnitudinū diuisione, vt vnū em̄ & mathematici infinitū. ¶ Ex eo preterea, q̄a hoc pacto dūtaxat generatio & corruptio nunq̄ deficiet, si infinitū sit id ex quo p̄ ablationē id quod nascitur sit. ¶ Insup ex eo, q̄a finitum ad aliqd̄ semp̄ finitur. Quare necesse est nullū esse finem, si aliud ad aliud semp̄ finiri necesse est.
- pbō 3.
- pbō 4.
- pbō 5. 32. ¶ Maxime vero propriissimeque ex eo, quod vniuersis cōmunem efficit dubitationē, nam q̄a mens nō deficit in cogitando, & numerus & mathematicæ magnitudines;

LIBER TERTIVS PHISICORVM.

& id qd' est extra celū infinitū esse videt. Quod si illud sit infinitū, & corpus infinitū esse videt, infinitūq; mūdi. Cur enim magis hac parte vacui, q̄ hac moles est collocanda. Quare si aliqua sit in parte, & vbiq; necesse est esse, & in super si sit vacuū infinitūq; locus, & infinitū corpus esse necesse est. In perpetuis em̄ nō differūt posse ac esse.

33. ¶ Habet autē dubitationē ipsa cōtemplatio infiniti. Nā Lōg. si ponat esse impossibilia multa sequunt & etiā si nō esse ponatur. Preterea vtro nam sit modo. Vtrū vt substātia, an vt accidens, alicui nature per se an neutro modo, sed nihilominus sit infinitū & multitudine infinita.

Quinq; modis dicitur infinitū.

34. ¶ Maxime autē ad naturalē philosophū p̄tinet, si magnitudo sensibilis infinita sit in ratiōe rerum cōsiderare. ¶ Atq; primū determinandū est, quot modis dicitur infinitum. ¶ Vno itaq; modo dicitur infinitū, quod impossibile est p̄transire, ex eo q̄ nō est aptū vt p̄ ipsum transitio fiat, p̄inde atq; vox inuisibilis dici solet. ¶ Alio modo id dicitur infinitū, quod habet sine fine transactionē. ¶ Aut qd' vix. ¶ Aut quod aptū est quidē habere, nō habet tñ transactionem vel finē. ¶ Preterea infinitū omne aut in appositione, aut in diuisione, aut in vtriusq; cōsistit.

1. nō est ponendum actu infinitū a sensibilib' separatim p̄ se existens vt substantia quedā vt pythagor. 2. platon voluerūt.

35. ¶ Separabile igitur a sensibilibus infinitū esse non potest, qd' quidē ipsum sit infinitū. ¶ Nam si infinitū ipsum neq; magnitudo sit, neq; multitudo, sed substantia nō accidens, indiuisibile erit p̄fecto. Diuisibile em̄ aut magnitudinē, aut multitudinē esse cōstat. Si v̄o indiuisibile sit, infinitū nō erit, nisi p̄inde atq; vox est inuisibilis. At neq;

phō 1.

TRACTATUS SECVNDVS

illi qui dicunt infinitū esse ipsum hoc pacto ponunt, neq
 nos quærimus si sit identidē ipsum, sed vt habet sine fine
 36. ¶ Quod si infinitū per accidens sit, nō (transactionē,
 hoc elementū erit eorū quæ sunt, quo est infinitū, quæ ad
 modū nec ipsum inuisibile locutionis est elementū, & ta
 pbo 2. men vox est inuisibilis. ¶ Preterea quonā pacto qppiam
 ipsum infinitū esse potest si neq; numerus neq; magnitu
 do p se esse potest, quorū p se affectus quidā ipsum est in
 finitū. Minus em̄ ipsum per se q̄ magnitudinē aut nume
 pbo 3. 37. ¶ Perspicuū etiā est infinitū sic (rum esse necesse est
 esse nō posse, vt actu sit, & vt substantia p̄cipiūue nam in
 finitū erit quicqd̄ ipsius accipias si habeat partes. Est em̄
 idē esse infiniti ac infinitū vt patet, si infinitū substantia sit,
 & non in subiecto. Quare sit vt ipsum aut indiuisibile sit
 aut in infinita sit diuisibile. At fieri nequit vt idē multa sit
 infinita. At vero vt pars aeris aer est, sit & infinitū & pars
 quæuis infiniti si substantia quædā & principiū sit vt di
 cunt. Vacat iḡ partibus atq; indiuisibile est, at esse non
 potest id tale qd̄ actu est infinitū. Necesse est em̄ ipsum
 38. ¶ Per accidens iḡ infinitū ipsum (quantū qd̄ esse,
 esse videt. Quod si ita sit, dictū iam est antea nō posse ip
 sum principiū dici. Sed illud cui accidit vt aerem aut par
 Quare absurde dicunt profecto q̄ tale illud esse censent
 vt pythagorici dicūt. Nam substantiā faciunt ipsum & si
 39. ¶ Verū hæc quidē forsitan inḡsi (mul etiā patiunt
 tio vniuersalis est magis. Si possit inquā infinitū & in ma
 thematicis & in intelligibilibus, & in hiscæ quæ nullā ha

29. talis opinio
 num de infinito p
 scrutatio natura
 lis phie aliquo
 modo transcēdit
 limites.

LIBER TERTIVS PHISICORVM.

bent magnitudinē esse. Nos autē si sit in sensibilibus de quibus doctrinam facim⁹ infinitū corpus incremēto nec ne consideremus ac pscrutamur.

¶ Capitulū tertiu in quo disputatiue ostendit nō esse infinitum sicut antiqui naturales ponebant.

1^o nō est corpus
sensibile neq; nūer
rus actu infinitus

Sigit differēdi modo cōsiderabamus lex hisce videbitur infinitū nō esse. Nam si ratio corporis est superficie terminatū esse, non erit infinitum vllum aut intelligibile, aut sensibile corpus. pbō 1.

41. ¶ At vero neq; numerus ita vt separatus ac infinitus. Numerus enim omnis, aut id quod numerū habet, numerabile est. Si igitur fieri potest vt ipsum numerabile numeretur, & infinitū quispiam poterit pertransire. pbō 2.

2^o nullū corpus
neq; simplex: neq;
cōpositū (si reru
nālium intimi^o cō
tēplabimur nās.)
potest esse actu in
finitum.

42. ¶ Sed si magis naturalitē cōtemplabimur, ex hisce que deinceps dicent, nullū infinitū corpus in ratioe rerū esse videbitur, nec em̄ cōpositū esse potest, nec simplex. Compositum igitur corpus nullū est infinitū, si elementa multitudi-
tudine sint finita, necesse est em̄ & plura esse, & æqualitatem inter cōtraria semp esse & vnū ipforū infinitū nō esse, nam si ignis quidē sit finitus, aer autē infinitus, q̄ vnū corpus vis inferior est alterius vi, atq; pars ignis æqualem aeris partem visuperat modo excessus aliquē subeat numerū. Tamen infinitū corpus superabit vt patet, atq; finitū sane corumpet. i ratio
pnci.

43. ¶ Nec vnū quodq; infinitū esse potest. Nam corpus quoddem est qd omni ex parte dimensionē habet. Infinitū autē qd sine fine est extrusum dimensiōe. Quibus sit vt infini-

TRACTATUS SECVNDVS

tum corpus p̄ omnē sit dimensionē in infinitū extensum

44. ¶ At vero neq̄ potest infinitū corpus vnū ac simplex esse, aut simpliciter aut vt quidā inquit id quod est præter elementa, ex quo hæc generant. Sunt em̄ qui hoc faciunt infinitū sed nō aerem aut aquā ne ab infinito cetera

¶ nō possit corpus simplex esse, infinitū qd̄ sit melius inter ipsa elementa.

corrumpant. Habent em̄ inter se cōtrarietate, q̄ppe cum aer frigidus, aqua humida & ignis calidus sit. Quorū si vnum esset infinitū, cetera iam fuissent corrupta. Nunc autē aliud infinitū inquit esse, ex quo hæc fiunt.

45. ¶ At impossibile est nō solum infinitū hoc esse (de hoc em̄ cōmune qd̄ est dicendū de omni similiter & aere & aqua & quouis alio simplici) sed etiam esse tale corpus sensibile, præter ea corpora quæ elementa vocant. Omnia namq̄ in id dissolunt ex quo fiunt & constant. Quare præter aerem ignem terram & aquā, corpus hic aliud esset. At nullum esse videtur.

46. ¶ Neq̄ igitur ignis, neq̄ aliud quicq̄ elementorū infinitum esse potest. Om̄ino em̄ & absq̄ hoc esse in quā ipsorū aliqd̄ infinitū, impossibile est ipsum vnūuersum, aut esse, aut fieri vnū qd̄ ipsorū, si sit etiā infinitū, p̄inde vt Heraclitus assererat. Omnia dicens tandē fieri ignem.

¶ vtiliter nullū corpus simplex possit esse infinitū

47. ¶ Eadē & ad illud vnū accomodabit, quod præter elementa naturales philosophi faciunt, omne em̄ ad cōtrarium ex cōtrario, vt ad frigidū ex calido solet mutari. Atq̄ ex his etiā de quouis cōsiderare oportet, si possit necne infinitū esse sensibile corpus.

48. ¶ Ex his aut̄ patebit infinitū sensibile corpus in ratione

supp.
sup p.
p̄ncl.

LIBER TERTIVS PHISICORVM.

rerum esse omnino nō posse. ¶ Omne namq; sensibile cor ratio 2
 pus aptum est alicubi esse, atq; locus est quidā cuiusq;. Et
 idem est totius ac partis vt totius terræ, vniuscq; glebe, &
 ignis item atq; scintillæ. ¶ Quare si infinitū partiu sit i mi
 lium immobile erit, aut semper ferretur. At id fieri neq;
 cur em̄ deorsum magis q̄ sursum aut ad quemuis locum
 mouebitur, dico aut si sit gleba quorsum hæc mouebit;
 aut vbi manebit. Corpūs em̄ eiusdē forme locus est infi
 nitus, occupabit ne igit totū locū. Atq; fieri potest. Quæ
 nam igit ipsius quies, aut vbinam erit & q̄s præterea mo
 tus, an vbiq; manebit, nō ergo motu ciebit. An omnē ad
 locum mouebit, nō ergo quiescet inquā ac stabit.

¶ Nullū corpus
 homogeneū possit
 esse infinitū.

¶ Nullū corpus
 eterogeneū sensi
 bile est actu infini
 tum:

49. ¶ Si vero sit dissimiliū partiu, dissimilia etiā erūt & ip
 sa loca. ¶ Atq; primo quidē ipsius vniuersi corpus nō erit
 vnum nisi tactu. ¶ Deinde partes aut sunt infinitæ specie
 aut finite. At finitæ nequeūt esse. Erunt em̄ alie quidē in
 finite, alie vero nō infinite. Si vniuersum est infinitū, ignis
 inquā vel aqua. Tale aut corruptio est cōtrariis ipsis,
 vt & antea diximus; & ob hoc nemo naturaliu infinitū ip
 sum vnūq; ignem aut terrā fecit, sed aut aerem aut aquā
 aut id qd̄ inter ipsa mediū collocarūt, quoniā illorū quidē
 locus manifeste erat determiatus atq; distinctus. Hec aut
 vtroq; in loco in supero inquā ac infero esse possunt. At
 neq; etiā infinitæ, nam si sint infinitæ ac simplices, & loca
 erūt infinita profecto, & infinita etiam elemēta. Quod si
 hoc esse nequeat, sinq; ipsa loca finita, & totū ipsum finitū
 esse necesse est. ¶ Fieri namq; non potest vt nō aqua pbō. 3

pbō 1.
 pbō 2.

TRACTATUS SECVNDVS

75
 sint locus & corpus, neq; em̄ locus maior esse potest, q̄ ip-
 sum corpus, neq; corpus maius, q̄ ipse locus, nam aut va-
 cuum aliqd̄ erit, & corpus insup̄ infinitū nō erit, Aut cor-
 pus quippiā erit quod nusq; aptū est esse.

30. ¶ Anaxagoras aut̄ absurde de infinitū quiete dicit, Fir-
 mare em̄ infinitū seipsum dicit. Idq; ex eo fieri, q̄a est in se
 ipso. Nihil em̄ aliud ipsum cōtinet. Quasi vbi quippiā sit,
 p̄bō. 1. ibi esse aptū consistere. ¶ Hoc aut̄ verū nō est. Esse em̄ ali-
 cubi vi quippiam potest, non vbi aptū est esse.

Tollit̄ error anax.
 dicentis tale cor-
 pus infinitū qui-
 escere in seipso cū
 extra ipsum nō sit
 locus.

p̄bō 2. 31. ¶ Quāuis igit̄ q̄ maxime totū nō moueatur, id em̄ qd̄
 in seipso firmatur, & i seipso est immobile necesse est esse.
 dicat tū ipse oportet, cur nō est aptum moueri. Non em̄
 sat est hoc dixisse pacto ac euasisse, fieri em̄ potest vt nō
 moueat̄, & quoduis aliud corpus, Sed nihil prohibet ap-
 tum esse moueri. Et terra nanq; non fertur, nec si infinita
 etiā esset ex eo tamē q̄a medio cohercet̄, nō em̄ q̄a nō est
 aliud ad quod fert̄, in medio ipso quiescet̄, sed q̄a nō hoc
 modo est apta ferri. Et tamen liceret dicere seipsum ter-
 ram firmare. Quod si neq; terra si infinita esset, hoc esset
 causa sed grauitatē habere, graue aut̄ i medio suapte na-
 tura q̄escere solet. Similiter & infinitū in seipso quiescit
 ob aliquam aliam causam.

p̄bō 3. 32. ¶ Et nō ex eo q̄a est infinitū & seipsum firmat. ¶ Et in-
 sup̄ patet & quāuis ipsius partē eodē modo q̄escere oportet.
 Nam vt infinitū in seipso manet seipsum firmans, sic
 & om̄is ipsius pars quācūq; acceperis in seipsa manebit.
 Loca nanq; totius ac partis, speciei esse eiusdem constat.

LIBER TERTIVS PHISICORVM.

Totius em̄ terræ glebæquidē est locus, q̄ est inferus, & eti-
am ignis totius atq; scintillæ, q̄ est superus, quare si infi-
niti sit locus in seipso esse, & partis idē erit p̄fecto. Quæ-
libet ergo in seipsa manet.

53. ¶ Om̄ino aut̄ patet fieri nō posse, vt corpus infinitū in
ratiōe rerū ponat̄, & locus corporibus tribuat̄. Si corpus
omne sensibile aut graue sit, aut leue, & graue quidē ad
mediū suapte natura ferat̄, leue vero similiter supra loca
petat. Et infinitū enim hanc eandē nature subeat legem
necesse est. At fieri nequit, vt aut totū graue sit, aut leue,
aut dimidiū leue dimidiū graue. Quo nanq; modo diui-
des illud, aut quo pacto ipsius infiniti hæc quidē pars su-
pra, hæc aut̄ infra, vel vltima, vel media erit.

54. ¶ Preterea om̄e corpus sensibile est in loco. Locī vero
species ac differētie sunt supra, & infra, ante & retro, dex-
trū atq; sinistrū. Atq; hæc nō solum postea ex parte sunt
positioneue, sed in ipso etiam toto distincta sunt atq; hæc
esse in infinito non possunt.

55. ¶ Atq; simpliciter si locus infinitus esse nō possit, sitq; om̄e
corpus in loco, & in ratiōe p̄fecto rerū infinitū corpus
esse nō potest. ¶ At vero qd̄ alicubi est, in loco est & qd̄
in loco est alicubi est. Vt igitur infinitū quātitatis rationē
subire nō potest, nam quantū fuerit quoddā, vt bicubitū
aut tricubiti, hæc em̄ significat ipsum quantū, sit & quod
est in loco, id alicubi sane est. At id aut supra aut infra, aut
in aliqua alia sex differentiæ esse significat, quarū vna
queq; finis est quidam vt constat.

TRACTATVS SECVNDVS

36. ¶ Patet igitur ex hisce quæ diximus infinitū corpus in ratione rerum actu non esse.

¶ Capitulū quartū in quo incipit determinare veritatem de infinito & ostendit an sit infinitū & quid sit.

pbō 1. **H**ic sit simpliciter infinitū. ¶ Temporē em̄ erit aliquod principium atq; finis. ¶ Et magnitudines non erunt in magnitudines diuisibiles. ¶ Numerus etiā infinitus non

erit, cū igitur his hoc pacto determinatis neutra pars asserenda esse videat, arbitro pfecto moderatorq; est opus.

distinc aut Arcq; patet partim non esse. ¶ Dicitur ita quippiam esse aut potentia actu, & infinitū est additione, ac etiam diuisione. Magnitudo aut actu qdē infinita non est vt diximus. Diuisione aut est, non est em̄ difficile lineas indiuiduas em̄

distinc 57. ¶ Restat igitur infinitū in ratione rerū potentia esse, non oportet autē infinitū potentia sic accipere vt actu tandē euadat, quēadmodū si potest hoc statua esse, erit hoc statua tandē. Sed cū multipliciter quippiā esse dicatur pinde est infinitū vt dies est atq; ludus, ex eo qd fit aliud atq; aliud semp, nam in his est esse potentia atq; actu. Est em̄ olympicus ludus, & qd fieri potest, & qd fit. Patet aut infinitū in tpe diuerso modo & in hominibus, & in diuisione magnitudinū esse, omnino nanq; hoc modo est infinitū vt semp aliud aliudq; sumat, & id qd accipit sit q

58. ¶ At aliud atq; aliud semp. ¶ Quare non oportet infinitū pinde accipere, atq; hoc aliqd, vt hominem aut domum, Sed vt dies dicit atq; ludus, quorū esse non

1 2º. omnino non esse infinitū multa in comoda sequunt: dicitur p dicitur

3 2º. posito infinito in potentia cessant huiusmodi in comoda.

3 2º. non puenit in finitū accipere sic hoc aliquid casus partes omnes sunt simul.

E

Handwritten notes at the bottom left of the page.

LIBER TERCIVS PHISICORVM

vt substantia quaedam est ortū, sed in generatiōe semp corruptioneque consistit finitū quidē at aliud atque aliud semp.

47°. in successivis
et permanentibus in
finitas inveniunt
diversimode

¶ Verū in imaginibus quidē hoc accidit permanente eo quod sumptū. In hoibus autem atque tpe accidētibus ita vt nō deficiat
56. ¶ At qui infinitū quod in additiōe, & quod in diuisione consistit idē quodammodo est, fit em̄ in magnitudine finita p additiōe e contra. Nam vt cū diuidit cernitur in infinitum abitio, sic cū additio fit ad magnitudinē ipsam deter

58°. magnitudo
omnis in infinitum
diuisibilis est non
quidē p̄ partes
alicuius determinate
quaritate sed
bū eiusdē ratiois.

minatam videbitur. ¶ Etenim si quis p̄ia in magnitudine finita, definita magnitudine sumpta, eadē aliā accipiat ratione, nō eandē totius magnitudinē sumens, nō p̄transibit vnq̄ magnitudinē illam finitā. Sin vero hoc pacto rationem augeat, vt semp magnitudinē eandē accipiat, p̄transibit sane, p̄pterea quod omne finitū quouis cōsumit definito. Alio igitur modo nō est infinitū in rebus, sed hoc pacto potentia inquā atque diuisione. Et actu etiā est p̄inde atque diem ac ludum dicimus esse. Et potentia sic est vt materies, & non per se, vt ipsum finitum.

60°. infinitas magnitudini
inuenitur p̄ partes
rationis appositionem
et non p̄ appositionem
partium eiusdē
quaritate

60. ¶ Et additiōe igitur hoc pacto est potentia infinitū, quod quidē aliquo modo dicimus idē esse quo id quod in diuisione consistit. Semp em̄ est aliqd̄ ipsius extra sumendū. Notamē definitā omnē exuperat magnitudinē, vt in diuisione definitā exuperat omnē & semp minor euadit. Vt autem omnē additiōe exuperet, neque potentia esse potest, si quidē nō sit p̄ accidens actu infinitū, vt naturales id corpus infinitū esse dicūt. Quod extra mundū collocauere, cuius substantia aer est, aut aliqd̄ tale. Sed si infinitū actu

TRACTATUS SECVNDVS

sensibile corpus hoc pacto in ratioe rerū esse nō potest,
patet neq; p additionē posse sic esse potentia infinitū nisi
vt dictum est diuisionis cōtrario modo.

61. ¶ Nam & Plato infinita duo propterea facit, q; in accre- *Conferatio plato.*
tione exuperare videt, at in diuisione, in infinitū abire at-
quāq; duo fecit. Non tamē vitur. In nūeris em neq; pro-
cessio per diuisionē est infinita (vnitas em minimū est.)
neq; accretio vsq; nāq; ad denariū incremēta nūeri facit.

62. ¶ Fit aut vt infinitū sit cōtrario modo atq; alii dicūt, nō
em id est infinitū, cuius nihil est extra. sed id cuius aliqd
semp est extra. cuius hoc iudiciū est, nam & anulorū eos
qui pala carent, infinitos hoies dicūt, quia semp aliqd est
extra sumendū p similitudinē tñ quādam, & non pprie.
Oportet em & hoc esse, & nunq; idē insup sumi in circu-
lo xō nō ita fit sed semp qd deinceps sumit est solū aliud

7^o nō recte diffi-
nierūt infinitū ip-
sum esse dicentes
etiā qd accipe ni-
hil est at poti⁹ dis-
cendū esset cuius
esset semp aliqd ex-
tra accipere.

63. ¶ Infinitum igit id est, cuius semp aliqd extra, ratione
quātitatis accipi potest, cuius vero nihil est extra, id est p-
fectum ac totū. Hoc em pacto totū cōsueuimus diffinire,
totū dicentes id esse cuius nil prorsus abest. Vt hominē
totū, aut cistellam atq; vt quodq;. Sic & id qd proprie to-
tum est, veluti totū ipsum, cuius nihil est extra. Cuius ve-
ro aliqd abest, id quicqd abest vniuersum nō est.

Diffinitio totius.

64. ¶ Totum aut & pfectū, aut idē penitus sunt, aut natu-
ram finitimā habent. Perfectū vero nihil est prorsus, qd
nō habeat finem. Quocirca putandū est melius Parme-
nidem Melisso dixisse. Hic em ipsum infinitū totū appel-
lat. Parmenides aut totū dicit esse finitum, a medio æque

Fz.

LIBER TERTIVS PHISICORVM.

distans. Fieri em̄ nō potest vt infinitū cū toto ac vniuerso
perinde atq; cū linō linum neclatur.

8^o. non recte dicunt infinitū omnia continere & in se omnia habere ppter similitudinē quaz ad totū habet & pfectum.

65. ¶ Nā hinc & hāc præclarā de infinito cōditionē accipiunt omnia inq; ipsum cōtinere & vniuersum ī seipso, cōplet. Habet em̄ similitudinē quādā ad totū, infinitū em̄ materia pfectionis magnitudinis est, & id qd' est potentia totum nō actu. Est autē diuisibile ad dīminutionē & ad additōnē cōtrarie, totūq; atq; finitū nō p se sed p aliud. Et nō cōtinet, sed vt infinitū est cōtinet. Quapropter & ignotū est ea ratōe qua est, infinitū, materia nāq; formā nō habet

66. ¶ Quare patet partīs magis infinitū q̄ totius rationē subire. Materia nāq; pars est totius, p̄inde ac es est æneg statūe pars. Nam si in rebus sensibilibus cōtinet, & in intelligibilibus etiā ipsum magnū & parū cōtinere res intelligibiles oportebat. At absurdū est pfecto ac impossibile, id qd' est ignotū atq; indefinitū, cōtinere ac definire

¶ Capitulū quintū in quo ex diffinitōe infiniti assignat rationē eorū quæ de infito dicuntur.

1^o nō sine ratōe euenit magnitudinem p̄paruit: at ē in infinitūz abfrec: p̄m autē excessum appositōe in infinitū abire n̄ posse

HT qui cū ratōe etiā sit, vt id quidē qd' in additōne cōsistit, nō videatur esse sic infinitū, vt omnē exuperet magnitudinē. Id vero qd' in diuisione consistit, infinitū esse istiusmodi videat. Infinitū em̄ intus p̄inde atq; materia cōtinet, forma autē cōtinet.

2^o. cū ratione fit vt in nūeris ad minimum deueniri potest ad maximū ve ro minime;

68. ¶ Cum ratione atq; accidit in numero quidē. Versus minus minimū esse sinemq; versus aut plus om̄em semp multitudinē exupare. In magnitudine v̄o cōtrariū. Versus quidē minus omnē magnitudinē exuperare. Versus

TRACTATVS SECVNDVS

38

pbō 1. autē maius nō esse magnitudinē infinitā. ¶ Hęc enim ita propterea fiunt q̄ ipsum vnū quicq̄d tandē id sit indiuisibile est, homo nanq̄ vnus est homo, nō multū. Numerus autē est vna plura quātaue quādā. Quare ad indiuisibile stetur necesse est, duo em̄ ac tria denominatiua nomina

pbō 2. sunt, & ceterorū quiscq̄ numerorū simili modo. ¶ Versus autē plus sit vt semp̄ intelligatur. Diuisiones em̄ magnitudinis duas in partes equales, sunt infinite. Quare potentia quidē est actu nō est. Sed semp̄ id quod accipit multitudinem omnē exuperat definitā. Sed nō est separabilis his nūerus diuisionis nec infinito pmanet. Sed sit & quē admodū tempus, & ipse numerus temporis.

69. ¶ In magnitudinibus autē cōtrariū est. Nam diuidit̄ q̄dem in infinita cōtinuū ipsum. Versus autē maius nō est in finitū. Quantū em̄ cōtingit potētia esse tantū & actu esse contingit. Quare cū infinitū nullum sit sensibile corpus, nō contingit definire magnitudinis om̄is exuperatiōem esse. Alioquin maius celo aliqd̄ erit.

70. ¶ Ipsum autē infinitū nō est idem in motu magnitudine atq̄ tempore, vt vna quēdā natura. Sed posterius dicitur ob prius, veluti motus quidē dicit̄ infinitus, q̄a prius ita dicit̄ magnitudo sup̄ qua fit motus, & quæ alterat̄ aut accrescit. Tempus autē ppter motū. Atq̄ nūc quidē vtimur hisce posterius autē & q̄dam sit horū vnūquodq̄, & cur omnis magnitudo diuisibilis sit in magnitudines dicere

32^o quōis infinitū potētia & motui, & magnitudini & t̄pi congruat attri magnitudo suapte natura hoc modo in finita esse videt̄ et p̄ eam mot^o & tempus p̄ motū.

pbō 1. ¶ 71. ¶ At q̄ mathematicorū cōtemplationē cenitemur, ea ratio aufert, quē infinitū hoc pacto e medio tollit, vt ad

42^o nō ponere infinitus actu nulla incc moda sequūt̄

LIBER TERCIVS PHISICOR VM

nec mathematica
ausfert consideratio
nem.

incrementū habeat actu siue transitionē. Neq̄ em̄ nunc
ip̄so indigent infinito, neq̄ vtunt̄, sed tantam solum line-
am postulant, quantā volunt finitā. Atq̄ quantūuis aliam
magnitudinē eadē diuidere ratioe qua diuisa est magni-
tudo maxima licet. Quare ad ostendendū quidē illo pa-
cto nihil referret prorsus, esse aut̄ ipsum in his est magni-
tudibus, quæ in rerum sunt ratione.

5^o infinitū in ma-
teriā & causam ma-
teriales potius re-
ducendū est q̄ in
aliarum causarū
vllam.

72. ¶ Cum vero cause in quattuor sint distincte ¶ Patet in p̄bō 1.
finitū vt materiā causam esse & esse quidē ip̄sius priuati-
onem esse, p̄ se aut̄ subiectū cōtinuū ipsum atq̄ sensibile
esse. ¶ Ceteri etiā om̄es ip̄so infinito vt materia vtī vident̄
Quapropter & absurdū est sane, ip̄sum id esse quod cō-
tinet, & non id quod continetur asserere.

¶ Capitulū sextū in quo soluit ratioes quæ supra positæ
sunt ad ostendendū infinitum esse.

5^o. perspicue esse
p̄nt̄ rationū super-
ius (tex. 31.) posi-
tarum & similitū so-
lutiones.

HT enim restat eas soluere rationes, q̄bus infini-
tum nō solum potentia, sed vt definitū etiā esse
videt̄. Partim em̄ nō sunt necessarie, partim ve-
ras quasdam obiectionē alias habent. ¶ Non em̄ vt gene-
ratio nō deficiat, em̄ corpus esse sensibile infinitum actu
necesse est. Potest em̄ alterius corruptio ḡnatio alterius
esse, si infinitū est vniuersum.

74. ¶ Præterea tangere atq̄ finitū esse, diuersa sunt. Nam 4 ratio
illud quidē ad aliqd̄ est omne em̄ qd̄ tangit aliqd̄ tangit,
atq̄ accidit alicui finitorū. Finitū aut̄ nō est ad aliqd̄, neq̄
fit vt quoduis sine vllō discrimine quoduis tangat.

75. ¶ At qui p̄ absurdū est intellectione credere. Non em̄ 5 ratio

TRACTATVS SECVNDVS

33

in re est ipse excessus atq; defectus, sed in ipsa intellectio-
 ne. Nam potest quispiā vnūquemq; nostrū maiorē q̄ est
 intelligere, augens ipsum in infinitū. At nō ideo quispiā
 nostrū extra ciuitatē est, aut tantam magnitudinē quā ha-
 bemus exuperat q̄a q̄spiam sic intelligit, sed quia est, hoc
 i ratio aut accidit. ¶ Tempus aut & motus sunt infinita, & intel-
 2 ratio lectio eo nō pmanēte qd̄ sumit. ¶ Magnitudo vero neq;
 diuisione neq; incremēto intelligibili est infinita. Sed de
 infinito quonā pacto est & non est & quid etiam est satis
 iam diximus. ¶ Explicit liber tertius.

Biblos.

¶ Incipit quartus phisicorū Aristotelis in quo determinat
 de loco & de vacuo & de tempore.

TRACTATVS PRIMVS in quo determinat de loco.

¶ Capitulū primū in quo inq̄rit disputatiue an locus sit.



¶ autē de infinito sic de loco ne-
 cesse est philosophū naturalē si
 ut nec ne. & si sit quonā sit modo,
 qd̄ etia sit cognoscere. ¶ Nam
 omnes ea que sunt alicubi esse exi-
 stimant, q̄a id qd̄ nō est nusq̄ est.
 Vbi nāq; hippocētaur' est aut chi-

1 2. de loco si est
 quomodo & qd̄ est
 phisica considera-
 tio est.
 ¶ Nam si sit
 in loco, non potest
 esse in alio loco
 ¶ Nam si sit
 in loco, non potest
 esse in alio loco
 ¶ Nam si sit
 in loco, non potest
 esse in alio loco

pbō 1.

pbō 2.

pbō 1.

pbō 2.

¶ Cōmunis quoq; maxime atq; ppriūssimus motus
 quem lationē appellamus, loco sane accomodat.

¶ Complures aut dubitatiōes emergunt, qd̄nam sit ip-
 se locus. Non em̄ idē ex om̄ibus quæ ipsi cōpetunt, con-

templanti videtur. ¶ Præter ea nihil ab aliis, aut dubitatū
 de ipso, aut inuentū habemus.

LIBER QVARTVS PHISICORVM.

sibiliū elementa corpora sunt. Ex intelligibilibus autē ele-
mentis, nulla sit magnitudo.

11. ¶ Præterea cuiusnam rei causam locū esse quispiā po-
net. Nulla em̄ ipsi causæ quatuor cōpetit. Neq; enim vt
materia rerū est causa, q̄ppe cū nihil ex ipso constet, neq;
vt formatione, neq; vt finis, neq; res vllas mouet.

12. ¶ Præterea & ipse si sit vnū quid eorū que sunt, alicubi
erit. Zenonis nāq; dubitatio ratiōem aliquā querit, nam
si omne qd' est, est in loco patet & locū etiā esse loci. Atq;

13. ¶ Insup si vt est om̄e corpus (hoc in infinitū abibit.
in loco, sic est & om̄i in loco corpus, quonā pacto dicem̄
de iis quæ accrescūt. Nam si locus cuiusq; neq; minor est,
neq; maior, necesse est vna cū ipsis incrementa locū susci-
pere. Ex his igitur non solum quidnam sit locus, sed si sit
etiam dubitare necesse est.

¶ Capitulū secundū in quo inquirit quid sit locus

QVm autē quoddā per se, quoddā dicat per aliud
Et locus alius sit cōmunis, in quo cūcta corpo-
ra sunt, alius p̄prius, in quo primo quippiā est.

Nam tu nunc es in cælo qa in aere es, q̄ quidē in cælo est.
Et rursus in aere es, qa in terra es, & in hac simili modo,
qa hoc es in loco, q̄ nihil plus q̄ te cōtinet. ¶ Cum hec igit
ita sint, atq; locus id sit, quod primū vnū quodq; corporū
cōtinet, finis ipse quidā erit p̄fecto. Quare locus vniuscū-
iusq; forma esse videbit̄, qua magnitudo materiæq; ma-
gnitudinis terminat̄ hæc em̄ rei cuiusq; est finis.

15. ¶ Atq; hoc quidē modo, cōsiderantibus locus vniuscū-

Opi. dicentiū locū
esse formam.

TRACTATVS PRIMVS

41

iusq; forma esse videt. ¶ Vt aut inter uallū magnitudinis **Dpi. dicētū locū esse materiam.**

esse videt materies hoc em a magnitudine est diuersum & est id quod a forma continet ac terminat. Velud a superficie terminou. Tale aut est ipsa materies; & id quod terminis caret. Nam cū auferret finis, atq; affectus a pila nihil preter materiā restat. Quapropter, & Plato in tymeo materiā & receptaculū idem esse dicit. Susceptiuū em, & receptaculū vnū esse dicit ac idē, & q̄q; materiā illo quidem in loco susceptiuum appellat. In hisce vero que non scripte sententię nuncupat alio modo. Locū tamē & receptaculum idem asseruit esse.

Lōz' 16. ¶ Vniuersi nanq; locū aliqd esse dicūt, hic ꝑo q̄nam sit solus dicere est aggressus. ¶ Merito aut ex hisce consideratib; difficile esse videbit q̄nam sit ipse locus cognoscere, si vtrumuis horū sit, siue materia siue forma. Nam hæc & summā habent cōtemplationē, & seorsum alterū sine altero facile cognosci nō potest.

pbō 1. 17. ¶ At ꝑo nō est difficile videre locū, vtrūuis horū esse **Conclusio neq; locus spēs est, neq; materia.** nō posse. ¶ Neq; em materia, neq; forma separata a re. At locus separari potest. In quo nanq; erat aer, in hoc rursus est aqua, vicissim hisce sibi cedentibus, ceterisq; corporibus similiter vti diximus. Quare neq; pars est, neq; habitus ipse locus, sed a quac; re separabilis est. Etem quale est vas, tale quid ipse locus esse videt. Vas enim locus est potens transferri. At vas nihil est eius rei quæ est in ipso.

18. ¶ Locus igit quo quidē est a re separabilis hoc forma sane nō est. Quo ꝑo continet, hoc a materia est diuersus.

LIBER QVARTVS PHISICORVM.

¶ Videt̄ autē semp̄ id quod est in loco aliqd esse & ext̄ a pbō 2.
 ipsum aliqd aliud esse. Plato tamē dicat oportet si pa-
 rumper liceat digredi cur forma numeriq; nō sunt in lo-
 co, si locus est id quod est particeps, siue magnū sit illud
 & parū, siue materies vt̄ in thymeo asseruit.

19. ¶ Præterea si locus esset materies ant̄ forma, quonam pbō 3.
 pacto res ad suū pergeret locū. ¶ Esse em̄ id locus nō po- pbō 4.
 test̄, ad qd̄ nō est motio, & qd̄ hasce differētias supra inq̄
 ac̄ infra nō habet. Quare locus in talib⁹ est querendus.

20. ¶ Q; si in ipsa re locus inest (insit em̄ oportet, si est ma- pbō 5.
 teries, aut forma) locus erit in loco. Mutat̄ em̄ vna cū re,
 atq; mouet̄, & forma, & id qd̄ terminis caret, & nō in eo-
 dem est semp̄, sed vbi est ipsa res. Quare sit vt̄ loci sit loc⁹

21. ¶ Insuper facta ex aere aqua periit ipse locus. Corpus pbō. 6.
 em̄ id quod est ortū, nō in eodē est. At que nam est ipsius

Epilogat

22. ¶ Dicta sunt igit̄ & ea ex qbus ne- (loci corruptio.
 cesse est aliqd esse locū & ea rursus ex qbus de substan-
 tia ipsius quispiam dubitabit.

¶ Capitulum tertiu in quo præmittit quædā que sunt ne-
 cessaria ad cōsiderationē veritatis de loco, videlicet quot
 modis dicūt aliqd esse in aliquo, & utrū aliqd possit esse
 in seipso & soluit etiam quædam prius dubitata.

De omodi esse in
 altero

Dost hec sumendū est, quot modis qppiam in
 23. ¶ Vno igit̄ dicūt modo vt̄ di- (alio dicūt esse 1
 gitus ī manu, & pars om̄ino in toto. ¶ Alio mo- 2
 do in uersa vice vt̄ totū in partibus nō em̄ preter ptes to-
 tum esse potest. ¶ Alio vt̄ homo in aniali, & om̄ino in ge- 3

4 nere species. ¶ Alio vt genus in specie, & omnino in spe-
 5 ciei ratioe pars speciei. ¶ Preterea vt sanitas i calidis, atq
 6 frigidis, & omnino in materia forma. ¶ Preterea vt res gre-
 7 corum in rege, & omnino in primo. ¶ Insup vt i bono atq
 8 omnino in fine hoc autē est id gratia cuius cetera sunt atq
 24. ¶ At em hic qspiam dubita- (se & omnino in loco. *Dubitatio vtrum*
 uerit, sit ne vt & in seipso quippiā sit, an nihil est i se pro- *aliquid sit in seipso.*
8°.
 distinc sus, sed omne quoduis aut nusq̄ aut in alio est. ¶ Hoc autē
 est duplici, aut p se, aut p aliud. Nam cū id in quo est &
 id quod in illo est totius sunt partes, tūc totū i seipso esse
 dicitur. Quippe cū & p partes dicat. Vt albus q̄a superfi-
 cies est alba, & sciens q̄a anima ratiois particeps scit. Do-
 lium igitur nō est in seipso, neq̄ etiā vinū. Vini vero doli-
 um erit. Ambo nanq̄ id in quā quod inest, & id in quo est
 25. ¶ Hoc igit pacto sit vt qppiam (eiusdē sunt partes *1 2°.* nihil est in se
 in seipso sit. ¶ Sed vt primo, fieri negt. ¶ Velut albedo est *ipso primo 2 p se,*
 in corpore. Nam superficies est in corpore, scientia vero in
 anima. Et per hac quæ sunt, vt in homine partes, appella-
 tiones he non incongrue fiunt. Dolum autē atq̄ vinum
 cum sunt quidē seorsum non sunt partes, sed cum sunt si-
 mul. Quocirca cū sint partes erit ipsum i seipso ceu albe-
 do est in hoie, q̄a in corpore est, & in hoc, q̄a in superficie. In
 hac aut, nō p aliud. Atq̄ hac diuersa sunt specie, & aliam
 vtracq̄ naturā & potentiā habēt, superficies inq̄ atq̄ albedo
 pbō 2. 26. ¶ Neq̄ igitur inductiue cōsiderantes in seipso quicq̄
 pbō 3 villo dictorū modorū esse videmus, ¶ Et ratioe etiam hoc

LIBER QVARTVSPHISICORVM.

nō posse fieri patet. Oportebit em̄ ambo esse vtrūq; ceu
doliū quidē & vas & vinū. Vinū autē, & vas & doliū si sit
vt quippiam sit in seipso. Quare si q̄ maxime in sese sint,
dolum quidē vinū suscipiet, nō vt est ipsum doliū vinū,
sed vt illud. ¶ Atq; patet rationē esse diuersam. Alia em̄ pbō 4
est eius ratio in quo est. Alia eius quod est in illo.

22. neq; erit ides
in seipso primo &
paccidens.

27. ¶ At vero neq; paccidens fieri potest. Nam duo simul
in eodem erūt. Etem̄ & ipsum dolum in seipso erit, si cu-
ius natura est susceptiua, id esse in seipso potest. & insup
illud cuius est susceptiuū, ceu vinū si vini.

Obiectionis zeno
nis solutio.

28. ¶ Fieri igit nō posse, vt in seipso quicq; sit primo ex iis
quæ diximus patet. ¶ Id vero quod Zeno dubitabat si lo-
cus sit in ratiōe rerum in quo nam erit, solui facili potest.
Nihil em̄ prohibet vt primus locus in alio quidē sit, non
tamen in illo, sed vt est sanitas quidē in calidis, sicut habi-
tus, caliditas autē in corpore vt affectus. Quare necesse

29. ¶ Patet autē cū vas nihil sit eius (est in infinitū abire,
quod est in seipso (diuersa nanq; sunt id qd' inest, & id in
quo primo inest) locū neq; formā esse neq; materiā sed
diuersum. Hec em̄ illius sunt aliqd quod est in vase, ma-
teria inq; ac forma. ¶ Hec igit de ipso loco sint dubitata.

¶ Capitulum quartū in quo accedit ad determinandam
veritatē de loco.

Septē loci suppo-
siciones.

Sed qd nam sit locus hoc modo fuerit manife-
stum. Atq; sumamus de ipso quæ vere p se cō-
petere ipsi vident. ¶ Censemus itaq; locum id cōtinere cu-
ius est locus. ¶ Et nihil esse ipsius rei. ¶ Prætea primū locū,

1.
2
3

TRACTATUS PRIMVS.

4 neq̄ minore esse, neq̄ maiorem. ¶ Preterea neq̄ ab vno
 5 quoc̄q̄ relinqui. ¶ Et separabilem esse. ¶ Et insup̄ omnē lo
 6 cum differētias has habere, supra in quā ac infra. ¶ Et cor
 7 porum vnūquodq̄ proprios ad locos suapte natura fer
 ri aut sursum aut deorsum p̄gendo, & in eis dē manere.

31. ¶ His suppositis reliqua contemlemur oportet, atq̄
 1 conandū est cōsiderationē hoc facere modo. ¶ Vt ipsum
 2 h̄d est tale assignet. Vt & ea q̄ dubitant soluant. ¶ Et ea q̄
 3 cōpetere loco videntur insint, & ¶ Insuper ipsa difficulta
 4 tis & dubitationū que circa ipsum fiunt causa pateat. Sic
 em̄ vnūq̄d̄q̄ pulcherrime demonstrari p̄fecto potest.

Quatuor aditio
 nes bone distincti
 onis.

32. ¶ Si igitur motus iste non esset q̄ ad locū accommodat̄,
 locus sane nō quæreret qd' quidē ante om̄ia est animad
 uertendū. Ob hoc em̄ & celum maxime in loco esse pu
 tamus. Quia semp̄ motu cietur. Hic aut̄ triplex est latio
 accretio & decretio. Nam in accretioe decretioe ue sit sa
 ne mutatio, & quod prius hic erat id est ad maius, aut ad
 minus translatū. ¶ Mouētur aut̄ alia per se actu, alia p̄ ac
 cidens. Et horū alia p̄ se moueri possunt, vt corporis par
 tes, atq̄ nauigiū clauus. Alia nequeūt sed p̄ accidēs semp̄
 mouentur, vt albedo atq̄ scientia. Hęc em̄ propterea mu
 tantur loco, quod id in quo sunt mutat̄.

1^o motus localis
 in ingitiones loci
 poies p̄mouit.

distinc

33. ¶ At q̄ dicimus in celo tanq̄ in loco esse, quia in aere su
 mus hic aut̄ est in celo. Et item in aere nō vniuerso, sed ob
 vltimū ipsius, & cōtinens in aere dicim⁹ esse. Nam si vni
 uersis aer sit locus, locus p̄fecto cuiusq̄ non erit equalis
 eius cuius est locus, at equalis esse videt̄. Talis aut̄ est is,
 in quo primo quippiam est.

2^o extremam p̄ti
 nētis: ipsum locas
 tum ambiēs locus
 est: nō aut̄ totū
 tinens.

LIBER QVARTVS PHISICORVM.

34. ¶ Cum igitur nō diuisum est id quod cōtinet sed cōtinuum, tum in illo nō tanq̄ in loco, sed vt pars introducitur esse. At cū diuisum est atq; tangit, tum i primo est vltimo cōtinentis, qđ quidē neq; pars est eius quod est in ipso, neq; maius sed æquale. In eodē em̄ sunt eorū vltima quæ sese tangunt. ¶ Atq; si continuū quidē est nō in illo sed cū illo mouet. Sin vero diuisum est in illo. ¶ Siue illud moueatur siue nō moueat. ¶ Insup cū nō est diuisum vt pars in toto dicitur esse, vt in oculo pupilla, aut in corpore manus. Cū vero est diuisum, esse in illo dicit, vt aqua in cado, aut in dolio vinum. Nam manus quidē cū corpore, aqua aut in cado mouetur.

¶ Capitulū quintū in quo inuestigat & assignat loci diffinitionē, per genus & differentia.

1^o. locus est terminus corporis continentis.

Locus igitur ex hisce patet, quidnā sit locus. Quatuor em̄ fere sunt, quorū vnū quid locū esse necesse est. Aut em̄ forma, aut materies, aut interuallum qđ est inter extrema, aut ipsa extrema, si nō sit interuallū vllum preter ipsius corporis magnitudinem qđ est in loco. Atq; patet horū tria locū esse nō posse. ¶ Sed quæ cōtinet, forma esse videtur. In eodē em̄ sunt vltima eorum, quorū alterū cōtinet, alterū cōtinet. Sunt igit ambo fines, sed non eiisdē. Sed forma quidē ipsius rei. Locus aut corporis eius quod continet.

¶ nō sit spaciū.

36. ¶ Quia vero id quod continet, atq; diuisum est, interdum transfert, eo manente qđ cōtinet, vt aqua ex vase, in teruallum qđ esse videt, quod est inter extrema, vt aliqd

TRACTATUS PRIMVS

Solu^o aliud præter corpus id quod transfert. ¶ Hoc autem non est
rõnis. ita, sed quod uis eorū corporū incidit quæ transferunt, ap-
 titudinemq; habent tangendi.

pbo 1. ¶ Quod si esset qd interuallū aptum i eodēq; manēs,
 infinita loca essent pfecto, Si em transferat aqua & aer
 idem facient omēs partes in toto, qd vniuersa aqua in va-

pbo 2. se, & insup locus etiā transferet. ¶ Quare loci etiam alius
 locus erit & loci simul complures erunt. At non est ali-
 us locus ipsius partis in quo mouet cū vas totū transier-
 tur, sed idem. Aer enim & aqua vel partes aque in eo in
 quo sunt mouent, sed nō in eo loco ad quē accedunt, qui
 quidē pars eius est loci, q locus totius est cæli.

38. ¶ At q materia quocq; locus esse videbit si in qescente **nō sic materia**
 & non sepato sed cōtinuo quispiā cōsiderauerit. Nam vt
 si alterat est aliquid qd nunc quidē est albū. Olim autē erat
 nigrum & nunc quidē est durū olim autē erat molle, qua
 propter & dicim⁹ materiā aliquid esse. Sic & locus p quan-
 dam talē imaginationē esse videt. Verum illud quidē ex
 eo, qd quod erat aer, id nūc est aqua. Locus autē ex eo, qd
 ubi erat aer, hic nunc est aqua. At enim materia quidē, vt
 antea diximus, neq; separabilis est a re, neq; continet lo-
 co autem ambo competunt,

39. ¶ Si igitur locus nō est quicq; istoz trium, neq; materia,
 neq; forma, neq; etiā interuallū aliquid aliud semp præter
 ipsius rei spaciū quæ transfert, necesse est locū quatuor
 illoz reliquū esse sinē inquā corporis cōtinentis, atq; id
 corpus contineri dico, qd est mobile latioe.

G

LIBER QVARTVS PHISICORVM.

40. ¶ Magnū autē quid difficileq; esse videt locū p̄cipere, *Lōz.*
 tum q̄a partim materie, partim forme similis esse videt,
 tū q̄a translatio eius qd̄ fert̄ in ipso cōtinente fit q̄escen-
 te. Esse em̄ posse videt̄ interuallū aliud quoddā a magni-
 tudinibus quæ mouent̄. Confert autē ad hoc & ipse aer,
 qui videt̄ esse incorporeus. Nam nō solū fines ipsius va-
 sis, sed interuallum est ipsum vt vacuū locus esse videt̄.

2^o. locus imobis
 lis est primū.

41. ¶ Vt autē vas locus est potens trāsseri, sic & locus vas
 est imobile. ¶ Quōcirca cū id quod est intus mouet̄ atq; p̄bō 1.
 transfertur, si id mouet̄ in quo est, vt in fluuio nauis, vt va-
 se tunc vti illo qd̄ cōtinet magis q̄ loco. Locus autē vult
 esse imobilis. Quapropter vniuersus fluuius magis est
 locus quia est imobilis vniuersus. ¶ Quare locus est finis *Diffi.*
 continentis immobilis primus.

42. ¶ Atq; ob hoc mediū quidē vniuersi, infra fines autē cū p̄bō 2.
 teriores celi, supra maxime om̄ibus proprie esse vident̄.
 Quia illud qd̄ semp̄ manet, fines autē celi eodē modo se-
 se habentes manent. ¶ Quare cū leue quidē sit id qd̄ sur- *Lōz.*
 sum pergit, graue autē id quod deorsum fert̄ suapte natu-
 rā, is quidē finis qui versus mediū continet infra est, & ip-
 sum etiam mediū. Is autē q̄ versus vltimū cōtinet supra &
 ipsum etiā vltimū. ¶ Et p̄pterea locus superficies quædā, & *Lōz.*
 qualisvas cōtinensq; esse videt̄. ¶ Preterea locus simul cū ip- *Lōz.*
 sa re quodāmodo est. Quippe cū ipsi fines sint simul.

H ¶ Capitulū sextū in quo ostēdit qualiter
 aliqd̄ sit in loco.
T q̄ corpus quidē id est in loco, extra qd̄ est ali-

1^o terra: aqua: a-
 er: ignis: in loco
 sunt: corpus aut

TRACTATUS PRIMVS

quod est corpus cōtinens ipsum. Quod vero nō ita se habet nō est ī loco. ¶ Quapropter etiā si aqua fuerit tale, partes quidem ipsius mouebunt. Alia nāq; aliam continet. Vniuersum aut partim mouebit, partim haud mouebit. Ut totū eīm simul locū nō mutat. Versat tamē, partiū eīm hic locus est, & sursum qdē & deorsum nō mouet. Quaedam aut versant, & quedā sursum atq; deorsum mouent, quæ densitatē habent ac rationem.

distinc 44. ¶ Ut aut dictū est, quedā in loco potentia sunt quedā actu. Iccirco cū id quod est similiū partiū continuū est, tū partes potentia sunt in loco. Sed sunt separatae, atq; vt in emulo sit se tangunt, tum in loco sunt actu.

distinc 45. ¶ Et rursus alia quidem p se vt omne corpus aut latitōe aut accretioē mobile p se alicubi est. Cælum aut vt dictū est nō est alicubi totū, neq; est vllō in loco, si nullū ipsum cōtinet corpus, sed quo mouet, hoc & locus est partibus. Alia nāq; partiū alii heret. Alia vero p accidens. Vt anima atq; cælum omnes nāq; partes quodāmodo sunt in loco. Circūquaq; eīm alia aliam cōtinet. Quapropter supremum quidē corpus versatur. Vniuersum aut alicubi nō est, & ipsum est aliqd. Quod eīm alicubi est, & ipsum est aliqd, & insup aliquid aliud extra se habet, quod cōtinet. At præter vniuersum ac totū nihil est extra.

46. ¶ Et ppterea omnia sunt in cælo, forsitan eīm cælum est vniuersum. Est aut locus nō ipsum cælum, sed aliqd eius vltimū in quā finis quiescens, quo corpus mobile tangit

¶ Et iccirco terra in aq, hæc in aere, aer in æthere, & æther

32. celeste corpus (quod extra alia corpora sit: ea partem) nō tū finem se totum eorum locus esse potest.

LIBER QVARTVS PHISICORVM.

in cælo est collocandus. Ipsum vero cælū nullo in alio corpore est vltèrius collocatum.

¶ Capitulū septimū in quo ex diffinitione superius data soluit dubitationes supra positas de loco.

1^o facile ratios omnes locū esse ot lentes (s. ter. 2) ex loci diffinitōe habita solui possunt

47. **D**Atet aut̄ ex his, si hoc modo locus dicat̄, dur bitatiōes om̄es solui facile posse. ¶ Neq̄ em̄ vna cū corpore necesse est locū incremēta suscipere. ¶ Neq̄ locū esse punctū. ¶ Neq̄ in eodē corpore esse duo, neq̄ interuallū quidē corporeū esse. Corpus est em̄ quoduis id qd̄ est inter fines corporis cōtinentis, sed non corporis spaciū. ¶ Est etiā & ipse locus alicubi, nō vt in loco, sed vt finis in eo quod est finitū. Non est em̄ in loco omne quod est, sed tantum mobile corpus.

2^o corpora naturalia eiusdē nature sunt cū suis locis. ob id ad sua naturalia mouentur loca & item in eis quiescunt.

 motu quidē tempus. Motus aut̄ tpe mensurat̄, sicuti di
 xiuus. Hoc aut̄ ideo & q̄a quantitas motus ac temporis,

pbō 1. ab eo motu q̄ definitus est tpe mensurat̄. ¶ Si igit̄ ipsum
 primum pp̄in quorū omniū est mensura, vniformis sane

pbō 2. conuersio mensura potissimū erit. ¶ Quoniā huiusce nu
 pbō 3. merus notissimus est, vt patet. ¶ Atq; alteratio quidē vni
 formis non est, nec accretio, nec generatio; latio autē est.

Lōz. ¶ Quapropter & motus ipsius sp̄ere tempus esse videt̄,
 q̄a ceteri motus hoc motu mensurant̄ & etiā ipsum tem
 pus. ¶ Propter hoc & id accidit, qd' cōsuetū est dici. Res

em hūanas & ceteraz; eas quæ naturalē motū & ortū ac
 obitū subeunt, circulū esse dicunt. Idq; propterea, q̄ hæ
 vniuersæ tēpore diiudicant̄, finēq; subeunt, ac principiu;

pinde atq; si reditioe quidā hoc fiat. Eteḿ tēpus ipsum
 circulus quidā esse videt̄. Hoc autē ideo rursus videt̄ q̄a
 talis latiois est ipsum mensura, & a tali latioe ipsum etiā
 mensurat̄. Quare dicere rerū eas quæ fiunt circulū esse
 est dicere tēporis circulū quendā esse, hoc aut̄ ideo dicit̄

quia tempus mensurat̄ ipsa cōuersione. Id em̄ qd' men
 suratur nil aliud esse videt̄, preter id quod merit̄, q̄ totū

134. ¶ Dicit̄ etiā recte numerū quidē, plures mensure,
 eundē esse omniū atq; canū, si est equalis, quaternitate aut̄


52^o. r̄pna p̄ncipa
 lissime mot us p̄mi
 moblis est mensu
 ra: alioz; ho motū
 nū mensura est cō
 secutiua.

67^o. distinctoz; n̄se
 ratoz; (si sint equa
 lia vt decē ones z
 decē canē) eundē
 esse numerū recte
 asserit̄.

LIBER QVARTVSPHISICORVM.

non eandē, neq; quatuor eadem esse. Quēadmodū neq;
trianguli sunt iidē ū, quorū alter ex equalibus, alter ineq;
qualib; om̄ibus lateribus cōstat, q̄q; eadē est vterq; figu-
ra, quoniā ambo trianguli sunt. Eadē em̄ aliq; eo dicunt,
cuius nō differūt differentia, nō eo cuius differētia diffe-
runt. Veluti trianguli dicti differētia trianguli differūt,
nō figura. Igit̄ trianguli quidē sunt diuerſi, figure aut̄ di-
uerſe nō sunt sed in eandē vnamue cadūt diuisionē, figu-
ra nanq; talis quidē est circulus, talis autē est triangulus.
& hiſce, talis quidē est equaliū laterū talis aut̄ inequaliū.
Sunt igitur eadē hi figura. Trium em̄ vterq; est angulo-
rum, at non sunt triangulus idē

& numerus igit̄ dictus parira-
tione idē est sane. Nō em̄ nume-
rus ipſorū differētia numeri dif-
fert. Quaternitas autē nō eadē
est. Ea nanq; de qbus dicit̄ diffe-
rūt, hęc em̄ canes sunt, illa oues.
Sed de tempore quidē ipſo, &
de hiſce quæ circa ipſum quidē
sunt, ad hanc aut̄ considerationē
accomodant̄ ſatis iam diximus.



gradat-
tus.

eqlater-
rus.

¶ Explicīt lib. quartus
¶ Incipīt liber quiutus phisicorū Aristotelis de motu in
quo agit de diuisione motus sc̄dm q; diuidit̄ in species.

**TRACTATVSPRIMVS. in quo agit de diui-
ſiōe motus in ſuas species.**

¶ Capi. primū. in q; diſtinguit motū p̄ ſe a motu p̄ accidēs

Duisio
figura-
rum.

Appropi-
et p̄
ſe

Explicīt

Forma
motus
p̄ ſe

distinc



Orum autē quæ mutant aliud p
accidens mutat; veluti cū ambu
lare musicū dicimus, quia id am
bulat cui accidit musicū esse. Ali
ud ex eo qa si huius aliqd muta
tur simpliciter dicitur mutari, vt ea
quæ per partes mutari dicunt.

Corpus em sanat, qa oculus aut pectus sanat. Hoc vero
partes totius corporis sunt. At est aliqd quod neq; p acci
dens mouet, neq; ex eo qa aliqd ipsius mouet, sed quare
ipsum primo mouent, atq; hoc est id qd p se mobile est.

distinc 2. ¶ Similiter est & in eo qd mo- (bile aut calefactibile.
uet diuisio. Aliud em p accidens mouet. Aliud parte qa
ipsius aliqd mouet. Aliud p se primo, vt medicus quide
sanat, manus aut percutit.

distinc 3. ¶ Cum autē sit quippiā qd primo mouet, & quippiam Ea que (cū qd p se
quod mouet, & tempus in quo, & præter hæc id ex quo, transmutat) repe
& id ad quod. Omnis nanq; motus ex quopiā in quippiam riuunt: quinque sunt

2o.

aliud est qd, aliud ad quod, aliud, ex quo mouet. ¶ Patet
motū in ligno esse, & non in forma. Neq; em forma, neq;
locus, neq; etiā ipsum tantū mouet, aut mouet.

3o.

4. ¶ Sed est id quod mouet, & id quod mouet, & id ad qd
mouet. ¶ Mutatio nanq; magis ab eo ad qd est, q̄ ab eo
ex quo est nuncupatur. Quapropter corruptio mutatio

LIBER QVINTVS PHISICORVM.

est ad id quod nō est, & si id quod corrūpit ex ente mutatur. Et generatio ad ens est mutatio, & si id quod generatur ex non ente mutatur.

Dubitatio an palones: albedo nigredo: & si sita sint motus nec ne.

B^o.

5. ¶ Quid igitur est motus prius est dictū. Forme autē, & affectus & locus ad que mouent ea que subeunt motū, im mobilia sunt. Veluti sciētia, & caliditas. ¶ Dubitauerit autem quid sit motus. Albedo autē est affectus, ad motū enim erit mutatio. ¶ At fortasse nō albedo est motus, sed dealbatio. ¶ Est autē & in illis id quod est per accidens, & id quod est per partē atque per aliud, & id etiā quod primo, & non per aliud est. Id enim in quod dealbat, ad id quidē quod intelligitur mutat per accidens. Colori enim accidit ut intelligat, ad colorē autē, quia album pars est coloris & in Europam, quia Athenæ pars sunt Europe, ad colorē autē album per se. ¶ Patet igitur quomodo per se quippiam mouet, & per accidens, ac per illud, & quomodo idem primū est in mouente, & in subeunte motū, & motū nō in forma, sed in eo quod mouetur, in ipsoque mobili actu.

Conclusio de his que per accidens mutantur (cū nullo certo precepto claudiri possint) determinatio relinquatur in hac disciplina

6. ¶ Mutatio igitur ea quæ est per accidens omittatur, est enim in omnibus, & semper ac omnium. Ea vero quæ nō per accidens est, non in omnibus est sed in contrariis & in mediis & in contradictione, cuius fides est ex inductione. Fit autē e medio mutatio, ut enim ipso ut contrariis ad utrumque. Est enim medium quodammodo ipsa extrema. Quapropter & hoc ad illa & ad hoc contraria quodammodo dicuntur, ceu media fidiū grauis ad vltimā dicitur, & acuta ad primā, Fuscū etiā album ad nigrū dicitur & nigrū ad album.

¶ Capitulum secundum in quo diuidit mutationem per se in
suas species quarum una est motus.

sapp. 7 **Q**UAM autem omnis mutatio e quoppiam sit ad quip-
piam, ut ipsum quoque nomen significat quorum
distinc aliud prius aliud posterius est. Id quod mu-
tatur mutari quatuor modis potest. Aut enim e subiecto
ad subiectum, aut e non subiecto ad non subiectum, aut e non
subiecto ad subiectum, aut e subiecto ad non subiectum mu-
subiec. tatur. Dico autem id subiectum quod affirmatiōe significat.

¶ Quare ex dictis tres mutationes esse necesse est eam
quae e subiecto est ad subiectum & eam quae e subiecto ad
non subiectum & eam quae e non subiecto est ad subiectum
Ea namque quae est e non subiecto ad non subiectum, non est mu-
tatio quae per oppositionem non est, neque enim contraria, neque con-
tradictoria est. ¶ Ea igitur mutatio quae per contradictionem e non
subiecto est ad subiectum generatio est, alia simplex quae
est simpliciter, alia quaedam quae est cuiusdam. Velut ea qui-
dem quae e non albo ad album huius est generatio. Ea ve-
ro quae est ex eo quod non est simpliciter ad substantiam ge-
neratio simpliciter est, qua quidem simpliciter fieri & non ali-
quid fieri dicimus: ¶ Ea vero quae ad non subiectum est ex
subiecto corruptio est simpliciter quidem, ea quae est e sub-
stantia ad ipsum non esse. Quaedam autem ea quae est ad ne-
gationem oppositam, ut in generatiōe est dictum.

distinc 8. ¶ Si igitur id quod non est multis dicitur modis. ¶ Et neque id mo-
1 ueri potest, quod in compositione diuisioneque consistit. ¶ Neque id
2 quod est potentia, quod quidem ei opponitur quod est simpliciter.
3 ¶ Nam id quidem quod est non album, aut non bonum, motu ueri

1. 2°. Solū fm trla
date diuisiōis mē
bra transmutatio
nes sumuntur.

Ad non est tripli-
citer dicitur.

LIBER QUINTVS PHISICORVM.

per accidēs potest. Esse em̄ id homo potest, quod est nō
 albū. ¶ Id autē qđ non hoc simpliciter est nullo pacto mo-
 ueri potest. ¶ Fieri enim non potest, vt id quod nō est mo-
 ueatur. Impossibile est profecto generationē esse motū,
 id em̄ quod haud est generat. Nam & si qđ maxime p acci-
 dens generat vere tñ de eo qđ simpliciter generat id di-
 ci potest, ipsum inquā id esse, quod haud est. Simili sane
 modo fieri etiā nequit, vt ipsum idē gescat. Hæc igif diffi-
 cilia accidūt huic moueri inquā id quod nō est. ¶ Et si om-
 ne quod mouet in loco sit, id autē qđ nō est in loco nō sit,
 erit em̄ alicubi id pfecto qđ haud est non mouet. ¶ Neq̄
 ergo corruptio motus est, motui nanq; motus cōtrariū
 est, aut quies. At corruptio contrariū est generatiōi.

2^o generatio pa-
 riter et corruptio
 nō sunt motus.

Q. d. quod si sita est quodq; m-
 ente non sita a q; alio potest
 sed per accidens. si nō q; p-
 simpliciter est a p-
 potest dicitur in eo q; nō est, v-
 propter quod nō potest esse subiecti-
 motus in loco
 motus in loco
 motus in loco

3^o. omnis motus
 de subiecto in sub-
 iectum est.

9. ¶ Cum autē omnis motus sit quædā mutatio, tres vero
 sint mutatiōes, quas diximus. Quarū due quę in cōtradi-
 ctione consistunt, generatio inquā atq; corruptio, motus
 non sint vt ostēdimus, motū eam esse solū mutationē ne-
 cesse est, qua e subiecto ad subiectū accedit. Subiecta ve-
 ro aut cōtraria sunt aut media. Erem̄ priuatio ponat con-
 trariū, Atq; nudū, & albū ac nigrū affirmatiōe significant.

¶ Capiulū tertiu in quo diuidit motū p se in suas species.
 10. ¶ Igitur predicamenta diuisa sint, & aliud sit
 substantia aliud quātitas, aliud qualitas, ali-
 ud vbi, aliud ad aliqd, aliud actio, aliud pas-
 sio tres esse motus necesse est quātitatis qualitatis & loci

1^o p m substantias
 nullus est motus.
 2^o p m relationē
 nō est motus.

¶ Substantia vero motus nō est p pterea qđ nihil substan-
 tię cōtrariū est. ¶ At neq; in hifce quę sunt ad aliqd altero

11. o. quod non sita a q; alio potest

eū subeunte mutationē, alterę mutationē, nō subiens ve
 re dici potest quare motus ipsoꝝ p accidens est. ¶ Neq; 5^o actiōis & pas
 sionis nō est motus

pbō 1. quod mouet. ¶ Quia motus nō est motus, neq; generati
 onis est generatio neq; omīno mutatiōis mutatio.

distinc II. ¶ Motus eū dupliciter motus esse potest, aut vt subie
 ctū vt homo mouet, q̄a ex albo in nigrum mutat. ¶ Et mo
 tus ne igitur hoc modo aut calefit aut frigeſcit aut mutat
 locū aut accreſcit aut decreſcit. At hoc fieri neq;. Muta
 tio nanc; nō subit rationē subiecto. Q; ad motū rane
 q; ad terminū nō
 est motus.

12. ¶ Aut hoc ipso, qd' aliquod aliud subiectū ex vna mu
 tatiōe ad aliam mutatiōis speciē, p̄inde vt homo ex egrī
 tudine ad sanitatē mutat. At neq; hoc esse potest nisi per
 accidens, hic eū motus ex alia forma in aliam est muta
 tio, & generatio & corruptio modo eodem, hoc excepto,
 has quidē ad sic opposita esse, motū aut non similiter. Si
 mul igit in morbū e sanitate mutat, & ex hac ipsa muta
 tione ad aliam. Patet igit cū egrotauerit, ad quāuis fore

pbō 2. mutatū. Quiescere nanc; potest. ¶ Et insup nō ad quāuis
 semp, & illam ex aliquo nimirū in aliq; aliud erit. Qua
 re & opposita sanatio erit, nō ergo motus est motus, nisi
 p accidens. Velut si e recordatione in obliuionē mutat,
 q̄a cui illud inest, id inter dū in scientiam inter dū in sanita

pbō 3. 13. ¶ Preterea si mutatiōis est mutatio gene
 ratiōisq; generatio, in infinitū erit abitio, necesse est autē

pbō 4. & priorē esse, si posterior erit. ¶ Velut si generatio sim
 plex aliquādo fiebat & ipsum siens fiebat. Quare nondū

LIBER QUINTVS PHISICORVM.

erat siens simpliciter, sed aliqd' siens atq; iam siens, & hoc
rursus aliquando fiebat. Quare uondū erat tūc siens. Cū
aut infinitorū primū quicq; nō sit, primū ipsum non erit.
Quare neq; id erit qd' heret. Impossibile est igit' genera-
ri quicq; moueri aut mutari.

Ad motū tan-
q; ad subiectū nō
est motus.

Autoritas

Autoritas

14. ¶ Præterea eiusdē est contrarius motus, & qes insup, pbō 5.
& generatio atq; corruptio. Quare ipsum siens tunc cor-
rumpit cū sit siens, neq; enim statim siens neq; posterius;
sit em̄ oportet id quod corrumpit.

15. ¶ Præterea & ei quod generat, & ei qd' mutat materi pbō 6.
am subesse oportet. Erit igitur vt alterabile corpus est;
aut anima sic aliqd' id quod fit motus vel generatio.

16. ¶ Et aliqd' rursus ad quod mouent, oportet em̄ huius pbō 7.
ex hoc ad hoc motū aliqd' esse, nō motū vel generationē.

Et insuper quo pacto erit. Non enim generatio pceptio-
nis erit pceptio. Quare neq; generatiōis erit generatio,

17. ¶ Præterea si res mutatiōis spe- (neq; quedā cuiusdā pbō 8.
cies sunt, subiectam naturā harū aliquā esse, & ea in quæ
mouent necesse est. Veluti lationē alterari aut ferri ne-
cesse est, om̄ino aut cū omne qd' mouet trifariā moueat,
aut q; p accidens mouet, aut q; pars aliqua mouet, aut
q; p se mouet p accidens dūtaxat mutari mutatio potest
Veluti si is q; sanat currit vel discit. At eam quæ est p acci-
dens iam dudum omisimus.

4^o. Sm quāritatē
qualitatē & vbi est
motus.

18. ¶ Cum aut atq; in substātia, neq; in relatiōe neq; in ac-
tione passioneue sit motus, restat in qualitate quantitate
ac vbi tantūmodo motum esse. In vno quoq; nanq; istorū

contrarietas est. Is igitur motus, qui in qualitate est alteratio
 fit, hoc enim commune nomen positum est, atque qualiter non
 eam dico, quae in substantia est. Est enim & differentia qua
 litas, sed eam quae est passiva quae propriam pati dicitur, aut
 impossibile esse. Is autem qui est in quantitate, communi quidem
 nomine caret, habet autem earum partium in quas diffundit no-
 mina, quarum altera accretio, alia decretio nuncupatur. Ea qui
 dem qua ad perfectam accedit magnitudinem accretio. Ea
 vero qua ex hac recedit decretio. At is qui est in loco & com-
 muni nomine caret & proprio, latius autem communi nomine nun-
 cupatur, quod ea sola proprie ferri dicuntur in quibus cum mutant
 locum non est situm stare, & quae loco seipsa non mouerit

16. ¶ Mutatio autem ea quae est eadem in forma ad magis ac **Instantia.**

minus tale alteratio est. ¶ Ea namque mutatio qua ex contra-
 rio ad contrarium itur, aut simpliciter aut aliqua ex parte mo-
 tus nimirum est, nam si ad minus tale accedit ad contrarium
 si ad magis ut ex contrario in ipsum mutari dicitur. Nihil
 enim interest aliqua ex parte propriam an absolute mutet.

Attamen aliqua ex parte esse ipsa contraria oportebit. Est
 autem ex eo magis minusue tale, quia plus aut minus inest co-

20. ¶ Ex his igitur quae dicta sunt pa-
 trarium, & non inest, **Tres modi imobi-**

1
 2
 3
 tet motus has tres solas esse mutationes. ¶ Est autem immobile
 & id quod moueri non potest. ¶ Et id quod multo in tempore vix
 mouetur, aut id quod tarde admodum incipit. ¶ Et id insuper quod
 aptum est quidem ut moueatur mouerique potest non tamen tunc
 cum est aptum moueri, & ubi & quemadmodum est aptum mo-
 uetur, quod quidem solum immobilium quiescere dico, Est enim mo-

LIBER QUINTVS PHISICORVM.

tus cōtraria ges. Quare sit vt ipsa sit priuatio susceptiui.
 21. ¶ Quid igit est motus, & qd ges, vt quot sunt mutati-
 ones, & quot motus p ea quæ dixim⁹ pspicū iam euasit

TRACTATVS SECVNDVS de vnitate & di-
 uersitate motus in suas species.

¶ Capitulū primū, in quo pramittit quasdā diffinitiones
 necessarias ad sequentia.

D Oqt hæc dicamus quid est. Simul esse & seor-
 sum, & qd tangere, & qd inter, & qd deinceps,
 & qd herens, & cōtinuū, & qbus horum vnū
 quodq̄ competere aptum est.

Simul fm locum
 Sepata fm locū.
 Tangentia
 ad sedium

22. ¶ Similit igit ea loco dicunt esse quæ vno in loco sunt
 primo. ¶ Seorsum aut ea, quæ in diuersis sunt locis. ¶ Ea
 dicunt tangere, quorū extrema sunt simul. Id est inter ad
 qd prius accedere aptum est id qd mutat, q̄ ad id qd vlti-
 mum mutat. Scdm naturā continue subiens mutationē,
 atq̄ hoc est in minimis tribus. Est em vltimū mutationis

Continue moueri

23. ¶ Continue aut id mouet, qd ni- (contrariū ipsū
 hil aut perparū rei non temporis intermittit. Nihil em in-
 ter capedo tēporis phibet fieriq̄ potest, vt post primā fi-
 dium vltima cōtinuo sonet sed rei in qua mouetur. Atq̄
 hoc & in motu q loco accomodat & in ceteris motioni-

Cōtraria fm locū

24. ¶ Contrariū aut id est in loco qd pluri- (bus patet.
 mū recta linea distat, minia em est finita & finitū mēlura.

Consequenter.

25. ¶ Deinceps id est inter qd post principiū, aut positioe
 aut forma, aut aliquo alio definitū, & id ad qd deinceps
 dicitur esse, nihil eorū cadit quæ in eodē genere sunt. Vt

TRACTATVS SECVNDVS.

16

linea ad lineam, vel lineę, aut vnitas ad vnitatē, vel vnita-
res, aut domus ad domū. Nihil vero phibet inter ipsa qp
piam aliud esse, qđ em deinceps est, ad qppiam est deinceps,
& est qđ posterius illo. Non em ipsum vnū ad duo,
aut Kalende ad nonas, sed hæc ad illa deinceps sunt.

*si vult q uoat qgery
est qd quibz priuor
no vnoque*

26. ¶ Herus aut id est, quod deinceps est, atq; insup tangit.
Quoniā aut omis mutatio est in oppositis, hæc autē sunt
contraria, & nihil est mediū cōtradictiōis patet ipsum qđ
est inter in cōtrariis ipsis esse. Cōtinuū aut est qđ herens.
¶ Dico aut tunc continuū esse, cum vtriusq; fines qbus se
tangunt, vnū idēq; fuerūt facti, atq; vt nomē significat cō-
tinent. Quod quidē esse non potest si extrema sint duo.

Habita.

*Autoritas
Autoritas*

Continua.

27. ¶ Hoc definito patet in his esse continuū ex qbus ap-
tum est vnū qđ fieri tactu, & vt sit ipsum cōtinuū vnum.
sic & ipsum totū fore vnū. Veluti clauo vel glutine vel ta-

28. ¶ Patet etiam primū id esse, (ctu vel copulatiōe,
quod est deinceps. Quod em tangit, id deinceps esse ne-
cesse est. Non omē aut qđ deinceps est tangit. Quapro-
pter ipsum deinceps esse est & in hisce quæ sunt ratione

*1º. psequenter se
habere qmuniº est
q se tangere.*

priora. Velut in numeris. Factus vero nō est. Et si con-
tinuū est tangat necesse est. Si vero tangit nōdū cōtinuū
est, nō em si simul sint extrema ipsorū, vnum ipsa esse ne-
cesse est, sed si sint vnum & simul esse necesse est. Quare

*2º. rursus eadez
ratiōe se tangere
generalius conti-
nuo est.*

copulatio vltima est generatiōe. Tangat em necesse est,
si copulabunt extrema, ea vero quæ tangunt, nō vnuer-
sa sunt copulata. In quibus autem tactus non est in hisce
patet nec copulationē esse.

LIBER QVINTVS PHISICORVM.

29. ¶ Quare si punctū est separatim ac vnitas vt quidā dicitur
 cunctū vnitatē ac punctū idē esse impossibile est, punctus
 em̄ cōpetit tactus. Vnitate vnitate esse deinceps, & inter illa
 quidē esse aliqd potest. Om̄is em̄ linea est inter puncta.
 Inter vnitates aut̄ nihil esse necesse est. Nihil est em̄ inter
 dualitatem ac vnitatem.

Epilogus.

30. ¶ Quid igit̄ est simul esse seorsumq̄, qd tangere, qd
 inter, atq̄ deinceps esse. Quid est herens, atq̄ cōtinuū, &
 qbus horū vnūquodq̄ competit, satis iam diximus.

¶ Capitulū secundū in quo procedit ad tractandum de
 vnitate & diuersitate motus.

Tres motus vni
 acceptionis.

31. ¶ Nus aut̄ motus multis dicit̄ modis. Vnū em̄
 ipsum multipliciter dicimus. ¶ Genere igit̄
 vnus est motus p̄ predicamēti figurat̄, ratio
 nes nanq̄ om̄es vnus genere motus sunt, Alteratio autē
 a latione genere est diuersus. ¶ Specie ꝑo est vnus, quan
 do & genere est vnus, & in indiuidua specie est, veluti co
 loris quidē sunt differentiē. Igit̄ dealbatio & denigratio
 diuersi sunt specie motus. Omnes igit̄ dealbatiōes eadē
 in specie sunt, & om̄es itidem denigratiōes, albedinis aut̄
 nō sunt. Quapropter dealbatiōes om̄es vnus specie mo
 tus sunt. Quod si sint aliqua quæ genera sunt & species
 simul, patet vnū quidē in illis specie motū esse. Non abso
 lute tamē specie vnū, qualis est disciplina, si scientia existi
 matiōis quidē est species scientiarū aut̄ genus.

Dubitatio.

32. ¶ Dubitauerit aut̄ quispiā, si vnus sit specie motus, cū
 ex eodē in idē idē mutat̄, veluti punctū vnū ex hoc loco

TRACTATUS SECVNDVS

in hunc locū iterū iterūre, at si sit, conuersio recta q̄ latio
iidē erūt specie motus & volutatio item ac ambulatio.

33. ¶ An definitū est diuersum esse motum, si id in quo sit
motus specie sit diuersum. Circūflexū autē a recto specie
differt, genere igit̄ specieue motus hoc pacto est vnus.

34. ¶ Absolute autē is vnus est motus, q̄ substantia & nu-
mero vnus est. Sed q̄nam sit talis, patefiat facta diuisiōe.

Tria em̄ nūero sunt, circa quē motū dicimus, esse. Quod
in quo. Et quando. Dico autē hoc pacto, esse em̄ quippiā
qđ mouēi necesse est. Velud hominē aut aurū. Et in ali
quo hoc moueri, ceu in loco, aut in affectu. Et quando,
Omne em̄ quod mouēi in tempore mouetur.

35. ¶ Esse igitur genere aut specie vnum, in ipsa re in qua
fit motus consistit. Herere autē in tēpore erat. At esse sim-
pliciter vnum in vniuersis hīscē cōsistit. Etem̄ id in quo fit
motus, vnū & diuiduū esse oportet. Veluti formā & tem-
pus vnū esse, & nō inter capedines fieri. Et id quod mo-
uetur, vnū, nō p̄ accidens esse, vt album nigrēscere, & co-
risum ambulare. Vnū autē est coriscus ac albū, sed p̄ acci-
dens. Neq̄ comune. Fieri em̄ potest, vt duo simul homi-
nes eadē sanatione sanent̄, ex oculorū morbo in sanitatē
eorundē pergentes. At non vnus motus hīc est, sed spe-

36. ¶ Si socrates autē eadē alteratiōe specie di-
uersis tēporibus alterat̄. ¶ Si corruptū iterq̄ vnū numero
fieri potest, erit & hęc alteratio vna, sin non potest, erit ea-
dem specie sed non numero vna

37. ¶ Existit autē huic similis dubitatio si vna sit ipsa sani-

Dubitatio

R.

Dubitatio.

Co. q.

R.

3

Quaestio...

De... ..

LIBER QVINTVS PHISICORVM.

tas & habitus ipsi om̄ino atq; affectus in corporib; ipsi
nec ne. Ea nanq; quæ habent moueri fluereq; vident. Si

eadē igit̄ atq; vna sit mane & nunc sanitas, cur & cū rur-
sus q̄sp̄iam amissam recupererit & hec & illa non vna

38. ¶ Est em̄ eadē ratio. Verū hoc inter (numero erit,
esse videt̄, qđ si habitus sint duo. duo erūt & ipsi actus, si
cut si actus sit vnus, & habitū vnū esse necesse est. Vnus

em̄ actus numero vnus numero habitus est. At si habi-
tus sit vnus. Nō fortasse q̄sp̄iam videbit̄ vnus etiā actus

esse. Cum em̄ cessauerit q̄sp̄iam ambulare non est ipsa
ambulatio. Rursus aut̄ ambulante erit. Quod si vna & e

adē est, idē ac vnum & corrumpi & esse p̄sape potest. He
igit̄ dubitatiōes extra presentē cōsiderationē esse vident

39. ¶ Cum aut̄ om̄is motus continuus sit, si om̄is est diui-
sibilis, eū q̄ simplicit̄ vnus est, & cōtinuū esse, necesse est.

[Et si cōtinuus est, vnus est. Non em̄ om̄is om̄i cōtinuus
fieri potest sicut nec aliud quoduis cuius, sed quorū vlti-

ma vnū fieri possunt. Vltima vero quorūdam non sunt,
quorūda sunt, at diuersa specie atq; equoca. Quo nanq;

modo tanget aut vnū fiet vltimū lineæ ambulatiōisue.

40. ¶ Herentes igit̄ erunt & ii q̄ nō idē specie, & ii q̄ non
idem genere sunt. Post cursum em̄ quēpiam cōtinuo se-

bres aggredi possunt. Et vt facis ipsius ex successiōe mo-
tio latio est herens, cōtinua vero non est, positū est em̄ ea

continua esse quorū vltima sunt vnū, quare herētes qui
dem & deinceps ex eo sunt, q̄a tempus continuū est. Cō-

tinuum autem est, quia motus cōtinui sunt, hoc aut̄ est
cū vtrorūq; extremū est vnū

*Q. d. si sanitas
e. v. q. vna sit
mane & nunc
sanitas. Cur &
cū rursum
q̄sp̄iam amissam
recupererit &
hec & illa non
vna*

*herentes
igit̄ erunt
& ii q̄ nō idē
specie, & ii q̄
non idem genere
sunt.*

*1. om̄ia motus
vnus & cōtinuus
est & om̄is q̄
cōtinuus est
idem vnus est.*

*2. cū motus nec
q̄ specie nec q̄
genere
venerit solū aut
sequētes aut ha-
biti esse possunt.*

41. ¶ Quapropter eū motū q̄ simpliciter continu⁹ ac vnus est eūdē esse specie, ac vni⁹ & vno in tēpore esse necesse est. Vno quidē in tēpore vt imobilitas inter partes nō sit. Inter capedine eū mobile q̄scat necesse est. Multi igit̄ & non vnus ii motus sunt inter quos media quies cadit. Quar e si q̄s motus intercipiūt statu, is neq̄ vnus neq̄ continuus est. Intercipiūt aut̄, si in mediū tempus cadit. Specie aut̄ vnū esse oportet, q̄a vltima eius q̄ nō vnus est specie, vnum euadere nequeūt, & si tempus nō intercipiūt. Tempus eū est vnū, ille vero specie est diuersus. Eteū motū vnum & specie vnū esse necesse est, hunc aut̄ nō necesse est simpliciter vnū esse. Quis igitur motus vnus est abso

42. ¶ Præterea motus vnus & hisce (lute iam diximus, dicitur qui est p̄fectus, siue genere sit, siue specie, siue numero vnus, quē admodū & in ceteris p̄fectū ipsum ac totum ipsius vnus est. Interdū aut̄ & si imp̄fectus est, vnus dicitur, modo continuus sit.

32. verius motus vnus appellat sine ḡne specie aut̄ simpliciter cū p̄sumat̄ p̄fectusq̄ fuerit.

43. ¶ In sup̄ & alio modo præter dictos vnus hisce dicitur motus, q̄ vniformis est. Difformis eū aliqua ex parte nō vnus esse videt̄, sed hisce potius q̄ vniformis est perinde atq̄ linea recta. Difformis eū diuisibilis est. Differre aut̄ vident, vt magis tale minusue differt. Est aut̄ vniformitas omni in motu, aut difformitas. Eteū alterari q̄ppiam vniformiter, potest & sup̄ vniformia ferri, vt sup̄ circulū aut lineā rectā; & circa accretionē decretionēue simili modo

42. rectius 2 motus vn⁹ dicit̄ regularis habet eo qui habeat irregularis.

44. ¶ Difformitatis aut̄ differentie sunt. Interdū eū est ratione eius semp̄ qd̄ efficit motus. Impossibile est eū vni

LIBER QVINTVS PHISICOR VM.

formē esse motū, si nō super vniformi magnitudine fiat, qualis est motio sup lineā flexā, aut aliā magnitudinē talem, cuius quāuis pars ad quāuis partē nō accomodat, interdum nō est ratioe spaciū, nō tps nō eius ad qd̄ accedit, sed ratioe modi, celeritate em̄ interdū tarditateq; motus distinguit. Cuius em̄ eadē est celeritas, is est vniformis.

Cuius vero nō eadem est, is est difformis. ¶ Quapropter celeritas tarditasue nō sunt species, nec differentia motus, q̄ppe cum omēs motus diuersos specie comitentur. ¶ Quare neq; grauitas leuitasq; quæ est respectu eiusdē ceu terræ ad seipsam, aut ignis respectu sui.

45. ¶ Vnus est igit̄ & hisce motus, q̄ est difformis cōtinuitatis nimirū ratioe sed minus qd̄ quidē eilationi accedit quæ super lineā flexa sit. Id autē qd̄ est minus, mixtione contrariū semper est tale, ¶ Quod si om̄is motus vnus, & vniformis, & nō vniformis esse potest, hi qui diuersi sunt specie atq; herent, nō vnus erunt atq; cōtinuus motus. Qui nanq; fieri potest vt hisce sit vniformis, q̄ ex alteratione lationeue constat, accomodent̄ em̄ necesse est.

TRACTATVS TERTIVS in quo determinat de cōtrarietate motuū & quietis.

¶ Cap. primū in quo determinat de cōtrarietate motuū

Questio vna gnti
membri.

Quinceps diffiniēdū est. Quisnam motus cui motui contrarius est, & de q̄ete simili modo. Primū aut̄ diuidendū est vtrū cōtrarius motus sit hisce q̄ est ex eodē ei quo itur ad idē. Vt hisce q̄ est ex sanitate ei quo petit̄ sanitas, quales & generatio & cor

TRACTATUS TERTIVS

63

ruptio esse vident, an hisce q ex cōtrariis est, vt hisce q ex sanitate ei q est e morbo An hisce quo ad cōtraria pgit vt hisce quo ad sanitatē itur ei quo ad morbū accedit. An hisce q est ex cōtrario ei quo ad contrariū itur. Vt hisce q est ex sanitate ei quo morbus petitur. An hisce qui ex cōtrario in contrariū pgit ei quo e cōtrario in contrariū itur, vt hisce qui e sanitate in morbum pficiscit ei quo ex morbo acqritur sanitas. Vnū em horū modorū quendam aut plures esse necesse est. Non fit em vt alio modo motus vt oppositi disponantur.

47. ¶ Is igit q est e contrario, nō est ei cōtrarius quo in cōtrariū itur. Vt is q est ex sanitate ei quo itur ad morbum Est em vnus idēq, esse tamē ipsorū non idē est, quēadmodum nō idē est ex sanitate mutari atq; ad morbū.

1^o motus q est ex cōtrario ei q est in p̄riū nō est p̄rius.

48. ¶ Neq; hisce motus q est ex cōtrario ei cōtrarius est, qui ex contrario est. Simul em accidit e cōtrario, & in cōtrariū, aut in mediū ire, sed posterius de hisce dicemus.

2^o neq; oportet motus q sunt ex p̄trariis esse p̄rios.

¶ Enimvero in cōtrariū mutari causa potius contrarietatis esse videbit, q̄ e contrario mutari. Hoc em abiectionis contrarietatis, illud assumptio est. Dicit etia quisq; motus ex eo potius in quod itur, q̄ ex eo ex quo fit mutatio.

3^o potius p̄trarii motus dicunt q̄ sunt in p̄trarios terminos q̄ ecōtra

Sanatio enim hisce dicit, quo acquirit sanitas. Egrotatio hisce, quo ad egritudinē itur. Restat igit hisce quo ad cōtraria pgitur, & hisce quo ad cōtraria ex cōtrariis itur, forsitan igitur fit, vt ii qbus ad cōtraria pficiscit, & ex cōtrariis sint. Sed esse fortasse nō idē est, eundi inq; in sanitatem atq; ex morbo, & eundi in morbū atq; ex sanitate.

4^o maxime motus p̄trarii sunt q̄ ex p̄trariis terminis i p̄trarios terminos euadūt.

LIBER QUINTVS PHISICORVM.

Probat
minoris
st. ad g. 12
m.

49. ¶ Cum autē a motu mutatio differat. Ea namq̄ mutatio pbō 2.
motus est, q̄ ex subiecto in subiectū itur. Hisce p̄fecto mo-
tus quo e contrario in contrariū p̄gitur. Cōtrarius est ei
quo e contrario ad cōtrariū itur, vt hisce quo ex sanitate
in morbū itur, ei quo sanitas e morbo acquir̄it.

50. ¶ Patet autē & ex inductiōe q̄ cōtrarii esse vident̄ egro pbō 3.
tare em̄ ipsi sanari, & discere ipsi decipi, nō p̄ seipsum cō-
traria vident̄. Ex contrariis em̄ in contraria fiunt. Vt em̄
scientiam p̄ se quispiā & p̄ aliū consequi potest, sic & de-
ceptionē. Latio etiā qua supra loca petunt̄ ei cōtraria est
lationi, qua ad infra loca itur. Hęc em̄ in longitudine
contraria sunt. Et ea qua itur ad dextra ei qua sinistra pe-
tunt̄. Hęc em̄ in latitudine cōtraria sunt. Et ea qua pergūt
ad ea quę sunt ante ei qua itur ad ea quę sunt post. Hęc
em̄ in pfunditate contraria sunt.

Dubitatio.
18.

51. ¶ Is autē qui solum ad contrariū est. ¶ Non motus sed
mutatio est. Velut albū fieri nō ex aliquo. Quibus etiam
non est contrariū, ea mutatio quę est ex ipso ei mutatiōi
contraria est, quę est ad ipsum. Quapropter generatio
corruptiōi contraria est, abiectiōq̄ accretiōi. Hęc autē mu-
tationes non motus sunt.

52. ¶ Contrariōrū me-
diū habentiū mo-
tus q̄ fiunt ex con-
trario in mediū &
e mediō p̄trariū
quodāmodo sunt
p̄trarij.

52. ¶ Hi vero motus q̄bus ad mediū itur, in q̄bus contra-
riorū est mediū, in contrariis quodāmodo sunt ponēdi.
Motus em̄ ad vtrū extremorū eatur, medio ipso vtitur,
vt extremo. Velut e fusco quidē itur i albū tanq̄ e nigro,
e nigro vero in fuscū tanq̄ in albū. Mediū em̄ ad vtrūq̄
extremorū cōtrarii rationē quodāmodo subit, vt & prius

dictū est. Motus igit̃ hoc pacto motui cōtrarius est hīscē,
quod e cōtrario in contrarium pergitur, ei quo e contra-
rio in contrarium itur.

¶ Capi. scđm in quo determinat de cōtrarietate quietū.

§ Vm aut̃ motui nō solū motus esse cōtrarius, 1^o. motui nō se-
lum motus cōtra-
rius est verū qes
motui opponi vi-
detur.

Q

sed quies etiā videat̃, hoc definiamus oportet. Absolute namq̃ motus motui contrariū

est, opponit̃ aut̃ & quies. Priuatio em̃ est. Priuatio vero quodāmodo cōtraria dicit̃. ¶ Quæ aut̃ cuiñā cōtraria est, an ei motui qui est in loco, ea quies est contraria que est in loco. Verū hoc nunc simpliciter dicit̃. Vtrū em̃ hīscē motus qui est ex hoc ei quieti quæ est hīc opponat̃ an hīscē

Dubitatio.

54. ¶ Patet igit̃ur cū duobus in subiecto (quo ad hoc itur.

ctis sit ipse motus, ei quidē motui q̃ est ex hoc in contra-

rium oppositā eam esse quietē quæ est in hoc. Ei vero q̃

est ad hoc e cōtrario eam que in cōtrario est. ¶ Simul aut̃

hæ & inter sese sunt contrarię. Etem̃ absurdū est si motus

quidē contrariū sunt, quietes ṽo contrarię non sunt. Sunt

aut̃ eę quæ in contrariis sunt. Ea namq̃ quies quæ est in sa-

nitate, ei quieti cōtraria est quæ est in morbo, & ei motui

quo ex sanitate in motū itur. Ei namq̃ quo e morbo itur

in sanitatem cōtrariā esse fines egreditur ratiōis. Motus

em̃ in ipsum in quo statur p̃fectio potius est ad quietem,

q̃ accidit fieri simul cū motu, hunc aut̃ aut̃ illū esse contra-

rium illi necesse est. Non em̃ ea quies que i albedine est,

ei motui contraria est quo ad sanitatē accedit.

55. ¶ Quibus aut̃ nō est contrariū eorū mutatio quidē op

4^o. earū mutati-
onū que non sunt

2^o. (respondens
dubitatio) quies
motui termini vn
de motus nō mo
tui termini quo
tendit & p̃ficiscit̃
opponit̃.

3^o. nō modo qes
motui opponitur
sed interdū qes q̃
etiā opposita est.

LIBER QVINTVS PHISICORVM.

de quodā i quod
dam mutatio que
est ex termino: ei op
posita est q̄ in ip
sum euadit t̄minū
5 2°. tali in termi
nū mutatiōi itidē
quodāmodo op
posita est in nume
ro in termino mu
tatiōis ex ipso.
6 2°. talis opposi
ta immutatio ges
nō est.

posita est, ea quæ est ex ipso, ei quæ est ad ipsum. Motus
vero non est, velut ea quæ est ex ente ei quæ est ad ens,
& quies quidē horum nō est. Mutatiōis aut vacuitas est.
¶ Atq; si subiectū quidē q̄ppiam sit, ea mutationis vacui
tas quæ est in ente ei quæ est in nō ente cōtraria est. Sin id
quod haud est non q̄ppiam sit. Dubitauerit q̄spiam sane
cuinam sit contraria ea mutatiōis vacuitas quæ est in en
te, & sit ne quies: ¶ Quo si est, aut non om̄is quies motui
cōtraria est, aut generatio corruptiōe motus sunt. Patet
igif quietē illam nō esse dicendā, nisi & ipse sint motiōes:
Sed simile quid quieti atq; mutatiōis vacuitatē. Contra
riam vero, aut nulli p̄fus, aut ei mutatiōis vacuitati quæ
est in non ente aut corruptiōi. Hæc est em̄ ex ipsa, gene
ratio vero in ipsam.

Dubitatio.

¶ Capi. tertiu in q̄ mouet quasdā dubitatōes circa p̄missa
36 **D**ubitauerit aut q̄spiam cur in mutatiōe qui
dem quæ est in loco tam getis q̄ motus sc̄dm
naturā sunt præterq; naturā, in ceteris vero
non sunt vt alteratio alia sit sc̄dm naturā, alia præter natu
ram. Non em̄ sanatio magis q̄ egrotatio sc̄dm naturā est,
aut dealbatio q̄ denigratio. Similiter & in accretione de
cretione ue. Neq; em̄ hę inter sese cōtrarie sunt, vt altera
sit sc̄dm naturā altera præter naturam. Neq; accretio ac
cretioni. Simili modo contrariū est decretiōe decretioni.
In generatione quoq; corruptiōe eadē ratio est. Neq;
em̄ generatio quidē est sc̄dm naturā, corruptiō autē præ
ter naturā. Senescere em̄ sc̄dm naturam est. Neq; gene

rationē aliā, scđm naturā aliā preter naturā esse videmus

57. ¶ Quod si id quod est vi preter naturā est. Et corrup-

tio sane corruptiōi contraria erit ea quæ est vi, q̄a est pre-

ter naturam, ei quæ est scđm naturā. Sunt igit̄ & genera-

tiones violente factæq; nō desinite, q̄bus eę quę sunt scđm

naturam cōtrarie sunt, & accretiones itidē violente decre-

tionē sue vt eorū accretiones q̄ ob delicias cito pubescunt,

& ea frumenta quę cito adoleſcunt incrementa q; susci-

piunt antea q̄ humo bene cōpressa stirpū eliciant fibres.

58. ¶ In alteratiōe vero quomodo res se habet. An modo

eadē, esse em̄ possunt alteratiōes partim violēte partim

naturales. Quinancq; in non diiudicantibus diebus libe-

rantur, ii preter naturam alterari vident̄. Qui vero in die-

Lōp

iudicantibus ii scđm naturā alterant. ¶ Ipse igit̄ corrupti-

ones inter sese erunt cōtrariæ, nō solū generationi. At q̄

phibet. Sunt em̄ aliquo modo cōtrarie. Etem̄ si altera vo-

luptatem altera dolorē afferet, erūt hoc quoq; pacto cō-

trariæ. Quare nō absolute corruptiōi corruptio est con-

traria, sed vt altera ipsarū est talis altera talis.

59. ¶ Om̄ino igit̄ motus quiesue dicto modo subeūt con-

trarietate. Motus em̄ quo ad supera pergit, cōtrarius est

motui quo ad infera itur, loci em̄ hęc sunt contrarietates.

Fertur aut̄ ignis latōne qua supera petent natura, terra

aut̄ latōne qua ad infera loca accedit̄ atq; latōes ipsorū

contrarie sunt. Iguis aut̄ sursum quidē fertur natura, de-

orsum vero preter naturā. Atq; motus ipsius scđm natu-

ram contrarius est ipsius motui preter naturam.

18

Handwritten marginal notes in Latin script, including phrases like "Vnde motus huius", "Ceteros ueritate", "natura", "motus", "generatio", "corruptio", "alteratio", "contrarietas", "motus", "generatio", "corruptio", "alteratio", "contrarietas".

LIBER QUINTVS PHISICORVM.

60. ¶ Quietes etiã simili modo sese habere vident. Qui-
es em̄ in superis motui quo in deorsum itur cōtraria est.
Atq; terra quies quidē illa præter naturã est, hic aut̄ mo-
tus sc̄dm naturã. Quare motui quies cōtraria est, ea quę
est præter naturã, ei qui est sc̄dm naturã eiusdē. Eteĩm mo-
tus eiusdē hoc modo cōtrarius est. Alter em̄ sc̄dm natu-
ram erit aut; hisce quo sursum itur aut; hisce quo infera
loca petunt, alter præter naturam.

Dubitatio.

61. ¶ Existit aut̄ dubitatio si est quietis om̄is quę nõ semp
est generatio, atq; hæc est stare. Eius igitur qd' præter na-
turam quiescit ceu terre supra erit profecto generatio.

R. 1

¶ Quando igitur in sursum ferebat̄ stabat. At id quidem
qd' stat, semp celerius ferri videt. Id aut̄ qd' vi fertur tar-
dius, nõ factũ ergo quiescens erit q̄scens. ¶ Præter ea ip̄s
sum stare de eo, pprie dici videt, qd' sc̄dm naturã ad ppri-
um locũ pergīt, nõ de eo qd' præter naturã fert, & aut om-
nino id esse suũ in locũ ferri, aut simul accedere.

R. 2

Dubitatio.

62. ¶ Habet aut̄ hic locus dubitationē si q̄s ea quę hic est
ei motui quĩ hinc est contraria sit. Cum enim q̄ppiam ex
hoc mouet, aut etiam abiicit, adhuc id qd' abiicit habere
videtur. Quare si hæc q̄s cōtraria sit ei motui quo hinc
ad cōtrariũ itur cōtraria simul erunt. ¶ An ex aliqua par-
te quiescit, si adhuc manet, om̄ino aut̄ eius quod mouet,
pars est illic, pars est in eo in qd' mutat. Quocirca & mo-
tus magis cōtrarius motui q̄ quies.

R.

63. ¶ De motu igitur geteue. Quomodo vnus vnacq; est,
& qui & quę q̄bus aduersant, satis iam diximus.

¶ Quod sequitur vsq; in finē libri nō inueni in hac translatione sed q̄a est in translatione vulgata, & in arabico ideo inferendū existimaui. Sed recte cōsideranti quasi superfluit, vt in 61. & 62. & 63. tex. cō cōnotari potest.

64. ¶ Dubitabit aut̄ utrū quis & de stare, si & quicūq; præter naturā motus, his est quies opposita, si quidē igit̄ nō erit incōueniens, manet em̄ violentia, quare quiescens aliq̄uid erit nō semp̄ sine fieri. ¶ Sed palam qd̄ erit sicut em̄ mouet̄ præter naturā, & quiescit̄ utiq; aliq̄d præter naturā.

Dubitatio.

R°.

65. ¶ Quoniā aut̄ est quibusdā motus sc̄dm naturā, & præter naturam, puta ignis qui sursum sc̄dm naturam, q̄ autē deorsum præter naturā, vtrū hic cōtrarius aut q̄ terre, hæc em̄ fertur sc̄dm naturā deorsum. ¶ Aut palam q̄a ambo

Dubitatio.

R°.

sed nō eodē modo, sed quidē sc̄dm naturā, sc̄dm naturā existendi, eius aut̄ quipsius q̄ sursum ignis, ei q̄ deorsum, vt sc̄dm naturā existens præter naturā existenti, similiter

66. ¶ aut̄ & in mansiōibus. ¶ Forte aut̄ quieti motus aliquatenus opponit̄ cū em̄ moueat̄ ex hoc & abiiciat, adhuc videtur habere qd̄ abiicit̄. Quare si ipsa quies contraria ei qui hinc in contrariū motui, simul existunt cōtraria, si aliquatenus quiescit̄ aut adhuc manet, totaliter autē eius qd̄ mouet̄, hoc quidē ibi, hoc autē in qd̄ mutat̄. Propter qd̄

& magis motus motui cōtrariū q̄ quies. Quis quidē igit̄ motus simpliciter vnus dictū est, & de motu quidē & quies; quomodo vterq; vnus & q̄ contrariū quibusdā dictū est. ¶ Explicite liber

¶ Incipit liber sextus philosophorū Aristotelis de motu in quo determinat ea q̄ p̄tinent ad diuisionē motus sc̄dm q̄ diuidit̄ in partes quantitatis.

N

quintus.

LIBER SEXTVS PHISICOR VM.

TRACTATVS PRIMVS in quo determinat qualiter diuidatur motus in partes quantitatiuas.

¶ Capitulū primū in quo ostēdit nullū continuū ex indiuisibilibus componi.

Idem nullū continuū ex indiuisibilibus est cōpositū.



Iaūt ea cōtinua sunt vt antea dif-
finimus quorū vltima sunt vnū,
ea tangentia quorū fines sunt si-
mul, eadēq; deinceps inter quā
nihil eiusdē gnis cadit, impossibi-
le est ex indiuisibilibus cōtinuū
quicq; cōstare, vt ex punctis line-
am, si linea quidē continuū pun-

ctum autē indiuisibile sit. ¶ Vltima nanq; puncto-
rum nec vnū sunt quippe, cū indiuisibilis rei nō sit hoc quidē
vltimū. Illud autē alia pars quaedā. Nec etiā simul, cū nullū
sit prorsus vltimū eius qd' partibus caret. Vltimū em̄ &
id cuius est vltimū patet esse diuersa.

Impertibilia nec
pugnari nec se tan-
gere sane possint.

¶ Præterea puncta ex quib' continuū constat, aut cōti-
nua sint, aut se tangant necesse est. Atq; eadē est de cun-
ctis indiuisibilib' ratio. At cōtinua sane nequeūt esse pro-
pter rationē iam dictā. & cū quippiā tangit, aut totū tan-
git totū, aut pars partē, aut totū partē, cū igif' indiuisibile
partibus careat, totū ipsum tangat necesse est. At ex hisce
q; hoc pacto se tangūt, nullū cōtinuū vnq; emerget. Con-
tinuū em̄ habet aliam atq; aliā partē, & diuidit' in partes
eandē subeūtes legem & sepatas etiā loco. ¶ At vō neq;
pūctum ad pūctū; neq; nunc ipsum ad nunc ipsum de-

Impertibilia se
quenter se habere
nō possint

*Et dem carui, quos
habet occupat, huius
in tangenti iunctio*

TRACTATVS PRIMVS.

73

inceps sunt, inter quæ non est eiusdē gñis qcq̃, inter vero puncta semp est linea, & inter ipsa nunc tempus.

Quod probat per eorum rationem quia punctum non g̃t in puncto sed in, ut habet ab eorum ultimus

pbō. 3. ¶ Præterea in indiuisibilia diuiderent, si ex qbus vtrūq̃ constat in ea quoq̃ diuidit, at nullū cōtinuū in ea est diuisibile, quæ partibus carent. ¶ Nullū aut̃ genus inter puncta, & inter ipsa nunc aliud esse potest. Nam si fuerit aut̃ diuisibile, aut̃ indiuisibile erit vt patet. Et si diuisibile aut̃ in indiuisibilia diuisibile erit, aut̃ indiuisibilia semper. At

Mediū cadens inter puncta fit linea.

id cōtinuū esse constat. ¶ Patet aut̃ & omne cōtinuū in semp diuisibilia diuisibile esse. Si em̃ in indiuisibilia diuidetur indiuisibile, nimis̃ indiuisibile tanget. Cōtinuorum em̃ vltimū vnū est, & ea se tangūt ex qbus cōtinuū cōstat

4. ¶ Eiusdē aut̃ ratiōis est sane magnitudinē & tempus ac motū ex indiuisibilibus cōstare & indiuisibilia, diuidi aut̃ nihil horū hanc conditionē subire.

ut magnitudo diuidit̃ p̃ter r̃ motus r̃ tempus vt magnitudo cōtinua: ita ea cōtinua esse dentur,

5. ¶ Quod quidē ex hisce patebit, nam si magnitudo ex indiuisibilibus cōstat, motus quoq̃ q̃ sup̃ illa fit magnitudinē ex æqualib⁹ motib⁹ indiuisibilib⁹ p̃fecto cōstabit, ceu si A.B.C. Magnitudo ex indiuisibilibus constat. A.&B. atq̃ C. motus quoq̃. D.E.F. quo mobile, P. sup̃ A.B.C. Dimensio est motū vnamquamq̃ sui partem. D. in quā & E. atq̃ F. indiuisibilem habet.

6. ¶ Quod si præsentē motu necesse est quippiā moueri, & si quippiam mouet̃ necesse est motū presentē esse, moueri etiā ipsum ex indiuisibilib⁹ sane cōstabit. Igit̃ P. motum est per. A. quidē motu D. p̃ B. vero motu E & p̃ C. partem motu similiter. F.

Nz.

LIBER SEXTVS PHISICORVM

7. ¶ At vero fieri nō potest, vt id qd' ad locū ex loco mo-
uetur simul moueat, atq; sit motū ad eū locū ad quē mo-
uebat cū mouebat. Si em̄ quispiā thebas petit, impossibi-
le est thebas eum petere simul & petiisse. At p̄ A. partē
parte vacantē cui. D. Motus aderat. P. mobile mouebat.
Quare si antea quidē transibat, postea vero transiuit, mo-
tus. D. diuisibilis erit. Cū enim transibat neq; quiescebat,
neq; transierat, sed in medio nimirū erat. Sin vero simul
transit atq; transiuit id sane quod p̄ficiscit, cū p̄ficiscit eo
p̄fectū ac motū est quo p̄ficiscit atq; mouet

*Et partem habebat de
motu a quo. C. partem
de toto ad quē. Sic si
per partem illam A. non quiescit
sed mouetur & mouetur esse.
Erat igitur a diuisibile. hinc
p̄fectum*

Totam magnitudinem esse diuisibilem & omnes eius partes diuisibiles stare non posse.

8. ¶ Quod si per totā quidē. A. B. C. magnitudinē. P. mouetur, motusq; quo p̄ illam mouet est. D. E. F. Per partē aut. A. pte vacantē non mouet sed motū est. Motus profecto nō ex motibus, sed ex momentis cōstabit. ¶ Et motum quippiā erit, quod nō antea mouebat. A. nanq; partem non transeūdo transiuit. Quare erit quippiam profectum nunq̄ antea proficiscens.

pbō 1.
pbō 2.

*P̄fectum enim
aliquid p̄fectum
dicitur qd' aliud
est p̄fectum
et non motus.*

9. ¶ Quod si om̄e qd' uis moueri, aut q̄scere necesse est. P. sane in vnaquaq; magnitudinis. A. B. C. parte q̄scit, quo sit vt quippiā sit, qd' cōtinuo q̄scit simul atq; mouetur. Per totam em̄ magnitudinē. A. B. C. mouebat, & in vnaquaq; parte quiescebat eiusdē, quare & in tota etiam q̄sccebat. ¶ Atq; si indiuisibiles partes. D. E. F. motus sint motus sit vt p̄sente motu. P. mobile q̄scat nō moueat. Sin v̄o nō sint motus sit vt motus nō ex motib' cōstet.

pbō 3.
pbō 4.

52. si primum ex imparibus esset cōlatū. & tempus

10. ¶ Similiter etiā & tēpus, vt longitudo ac motus, indiuisibile esse necesse est, atq; ex ipsis nunc qua indiuisibilia.

si magnitudo a motu p̄cedit ex indiuisibilib' sequitur & tempus sicut q̄scit

TRACTATVS PRIMVS.

74
ex impartibilitate
constari oportet.

sunt constare aut etiā diuisibile esse ex diuisibilitate
stare. Nam & si omnis est diuisibilis, atq; minore in tempe
minorē magnitudinē transit, id qd' equa celeritate moue
tur, & tempus erit etiā diuisibile. Quod si tēpus est diuisi
bile, in quo quippiam per. A. magnitudinē fertur, & A.
profecto diuisibilis erit.

¶ Capitulū secundū in quo ostendit qd' ad diuisionem ma
gnitudinis sequit' diuisio tēporis, & econuerso.

II **Q**Uia aut' omnis magnitudo sit in magnitudi
nes diuisibilis. Demonstratū est em̄ cōtinuū
ex indiuiduis constare nō posse. Estq; omnis

1^o. mobile velo
cins in equali tpe
maior' p'tranfit spa
cium
2^o. in eo cel' locum


Diffi. magnitudo cōtinuū. [Necesse est id qd' celerius mouet,
maiorē in aequali, equalē in minore, & maiorē in sup in
minore tempe magnitudinē transeat, vt quidā id qd' cele
rius mouet diffiniūt. Sit em̄ A. mobile celeri^{us} B, cū igitur
id sit celerius qd' prius mutat'. Quo in tēpore, sitq; illud. E
F. mutatū est. A. ipsum. C. in D. in eo mobile. B. nō dū ac
cedet ad. D. sed citra illud erit vt patet. Quare id quod ce
lerius mouet, plus magnitudinis in equali tēpore transit

Tempus p'tran
fit in equali tpe
maior' p'tranfit spa
cium



12. ¶ At qd' plus etiā magnitudinis minore in tpe transit,
Nam in minore tpe. E. F. quo mobile. A. ad ipsum perue
nit. D. mobile. B. tardius erit in ipso. G. citra terminū. D.
Si igitur. A. toto tpe. E. F. ad sum' pueniet. D. erit in mino
ri tēpore citra. D. in ipso. H. qd' esse potest, inter. G. atq;
D. Sitq; illud tempus. E. K. At magnitudo quidem C. H.
maior est magnitudine. C. G. Tempus autē E. K. minus
est tempore toto. E. F. Quare id qd' celerius est maiorem

2^o. mobile veloci
us in infiori tem
pore spacii p'tran
sit maius.



LIBER SEXTVS PHISICORVM.

magnitudinem minore in tempore transit.

32°. mobile velocius in minori tempore spacium percurrit equale.

13. ¶ Ex his autem patet id quod est celerius minore etiam in tempore magnitudinem equalē transire. ¶ Nam cum ipsum ad tardius quidem comparatum maiorem in minore tempore, per se autem sumptum maiorem in tempore maiorem magnitudinem transeat.

Tempus perfecto E.K. in quo C.H. magnitudinem transit, maius erit eo tempore quo C.G. magnitudinem transit. Sit igitur minus illud tempus E.L. Quare si E.K. tempus minus est tempore E.F. in quo B. tardius mobile magnitudinem C.G. transit. Et E.L. perfecto tempus E.F. tempus minus erit. Est enim minus tempore E.K. quod vero est minus minore, minus & ipsum est, quare minore in tempore magnitudinem

Quia hoc magis habet C. G. est minor.

14. ¶ Præterea si omne quod mouetur, (equalem transibit, aut in equali, aut in minore, aut in maiore tempore moueri necesse est. Et id quidem quod in maiore mouetur tardius est, id autem quod in equali æque celere est, quod vero celerius est, neque celere neque tardius est, id perfecto quod celerius est, neque in equali tempore, neque in maiore mouebitur. Restat igitur tempus ipsum in minore moueri, quare id quod celerius est tempore in minore magnitudinem equalē transiret necesse est.

43°. ut magnitudo continua est: ita tempus continuū et ut magnitudo semper diuisibilis itaque tempus semper diuisibile. et ut mobile tardius: semper magnitudinem secatur: ita velocius tempus.

15. ¶ Quoniam autem omnis quidem motus in tempore est. ¶ Et omnis in tempore motus fieri potest. ¶ Omne autem quod mouetur & celerius & tardius moueri potest. ¶ In omni perfecto tempore celerior tardiorque motus fieri potest, quæ cum ita sint tempus continuū esse necesse est. Dico autem continuū id quod est diuisibile indiuisibilia semper, hoc enim tali supposito tempus continuū esse necesse est.

supp.
supp.
supp.

supp.

supp.
supp.

pbō 1. 16. ¶ Nam cū demonstratū sit id qd' celerius mouet mino-
 re in tēpore spaciū æquale transire. Sitq; celerius quidē
 A. tardius aut B. atq; B. transeat. C. D. magnitudinem in
 tempore. E. F. Igit' A. quod est celerius magnitudinē eam
 dem vt patet in tēpore minore transibit. Atq; sit in. E. G.
 tēpore motū. Rursus quoniā ipsum celerius totam. C. D.
 magnitudinē in E. G. tēpore ptransiuit. id qd' est tardius
 minorē eodē in tēpore transit. Sitq; illa. C. H. At quoniā
 B. quod est tardius in E. G. tēpore magnitudinē. C. H. p-
 transiuit. A. p̄ se po qd' est celerius, eandē in minore tem-
 pore transit. Quare rursus tēpus E. G. diuidet. Quod si
 diuidet, magnitudo quoq; C. H. ratione eadē utiq; diui-
 detur. Quod si magnitudo diuidet, & tempus itidē diui-
 detur. Et hoc semp erit, si post celerius mobile tardius, &
 post hoc celerius sumamus ac demonstratis vtamur. Nā
 celerius quidē mobile tēpus. Tardius aut longitudinē di-
 uidet. Quod si semp quidē vere conuersio sit, cū fit vero
 conuersio sit diuisio semp, patet omē tpus continuū esse.
 17. ¶ Patet etiā simul & magnitudinē omnē cōtinuū esse.
 Eisdem em æqualibusue diuisionibus tam tempus q̄ ma-
 gnitudo diuidit. ¶ Insup & ex hisce ratiōibus quæ dici so-
 lent, patet si sit tēpus cōtinuū & magnitudinē cōtinuam
 esse. Si quidē in dimidio tēporis dimidiū magnitudinis,
 & simplicit' in minore minorē transit. Egedem em diuisio-
 nes temporis, & magnitudinis erunt.
 ¶ Capitulū tertiū in quo ostendit q' infinitū & finitū simi-
 liter inueniunt in magnitudine & tempore.

em̄ æquales, diuideſ vt magnitudo.

21. ¶ Præterea ſi nō omnē magnitudinē id qđ mouet̄ in infinito tēpore tranſit, ſed fieri poteſt, vt aliqui in finito etiā in tempore tranſeat vt A, E, partem. Hæc aut̄ totā magnitudinem metiet̄, deniq; æqualē in æquali tpe tranſit, tempus ipſum pfecto finitū erit. Pater aut̄ nō in tempore infinito partē A, E, tranſire, ſi tēpus altera ex parte finitū fuerit ſumptū. Nam ſi in minore partē hęc tranſit, tempus finitū eſſe neceſſe eſt, cū altera ex parte ſit temporis finis

22. ¶ Eadē ſane fuerit demonſtratio & ſi longitudinē quātra finitum. ¶ Patet igitur ex hiſce que diximus, neq; lineam, neq; ſupficiem, neq; om̄ino quicq; cōtinuū indiuiduū eſſe, non ſolum propter id qđ nuper eſt dictū, ſed etiam quia fiet, vt indiuiduū diuidatur.

23. ¶ Nam cū omni in tēpore & id quod eſt celerius, & id qđ eſt tardius moueat̄, atq; id qđ eſt celerius plus equali in tēpore ſpatii tranſeat fieriq; poſſit vt duplū ſexq; alteramq; longitudinē tranſeat. Eſſe nanc; poteſt celeritatis hæc ratio, ſexq; alterā magnitudinē eodē in tpe tranſeat id qđ celerius fertur. Atq; diuidant̄ magnitudines ambe, ea quidē quā mobile celerius tranſit, quæ eſt, A, D, in A, B, C, D, tres indiuiduas partes cōtinuorū. Ea vero quā ipſum tardius tranſit in E, F, G, duas & ipſas indiuiduas partes igitur & tempus, H, M, in tres ſane partes indiuiduas diuideſ. In equali nanc; tpe magnitudinē tranſit equalē, diuidat̄ itaq; in H, K, L, M, indiuiſibiles partes. Rurſus cū

LIBER SEXTVS PHISICOR VM.

mobile tardius magnitudinē E.F.G. eodē in tēpore tran-
 feat, diuidē, & tempus duas in partes æquales. Quo fit
 vt indiuiduū diuidat, & id quod mouet nō in indiuiduo,
 sed in maiore tēpore partem iudiuiduam transeat. Patet
 igitur nullam continui partem parte carere.

¶ Capitulū quartū in quo ostendit q̄ indiuisibile tempis
 est ipsulum nunc, & q̄ in ipso nūc nō cōtingit
 esse motum neq̄ quietem

1^o in omni tempe
 nūc nō fm alterū:
 sed p se & p mū im-
 partibile esse nec
 cessē est.

NT vero necesse est & ipsum nunc, quod p se pri-
 moq̄ non p aliud dicit, indiuisibile esse atq̄ om-
 ni in tpe tale inesse. Est enim extremū transacti
 tempis quoddā, citra quod nihil futuri tempis est, & insu-
 per consequētis, vltra quod nihil transacti tps est, Quod
 quidē vtrorūq̄ temporum finem diximus esse.

25. ¶ Hoc igitur si tale p se idēq̄ demonstrabimus esse,
 patebit etiam & indiuisibile esse.

2^o idem est nunc
 vtriusq̄ tempibꝫ
 finis, preterito vt
 finis, futuro vt ini-
 cium.

26. ¶ Necesse est itaq̄ idē nūc ipsum esse, qd̄ finis vtrorūq̄
 temporū est. Nam si sit aliud atq̄ aliud deinceps alterum
 quidē ad alterū sane nō erit, propterea qd̄ continuū non
 ex indiuisibilibus constat. ¶ Si vero sit seorsum vtrūq̄, in-
 terea mediū tempus erit. Omne nanq̄ cōtinuū tale est, vt
 inter fines aliqd̄ sit vniuocū. ¶ At si tempus sit illud, diuisi-
 bile erit vt patet. Demonstratū est em̄ omne tempus diui-
 sibile esse. Quare sit vt nunc ipsum diuisibile sit. ¶ Quod

Ratiōes 5. ipsum
 nūc esse om̄ino im-
 partibile asserēt

si sit diuisibile, erit aliqd̄ præteriti in futuro & futuri etiā
 in transacto. Id enim in quo diuidetur præteritū tempus,
 & consequens terminabit.

1 ratio

2 ratio 27. ¶ Preterea nec ipsum nūc p se sed p aliud erit. Diuisio
 3 ratio em nō est ipsius quod est p se. ¶ Et insug ipsius nūc aliud
 4 ratio tranfactū, aliud consequēs erit, & nō semp idem, aut p
 5 ratio teritum, aut futurū. ¶ Neq nūc idem. Multis est em diuisio
 6 ratio nibus diuisibile tempus.

28. ¶ Quod si hæc ipsi nūc inesse non possunt, ipsum p se
 3 ratio cto nunc qd est vtroq in tēpore idē necesse est. ¶ At ve
 4 ratio ro si sit idē, patet & indiuisibile esse. Nam si diuisibile sit,
 5 ratio ea rursus euenient quæ antea accidebant.

26. ¶ Esse igitur in tempore indiuisibile qd, qd ipsum nūc
 dicimus esse, ex hisce quæ diximus pspicuū iam euasit.

¶ At q nihil in ipso nunc moueri ex hisce patebit, quæ de
 inceptis dicemus. Nam si quippiam in ipso moueri possit,

32. in ipso nunc
 imptibil nihil mo
 ueri contingit.

fiet vt celerius in ipso ac tardius moueat. Sit itaq nunc,
 ipsum D. atq in ipso celerius mobile longitudinē transe
 at. A. B. litteris designatū. Igitur mobile tardius minorē
 in eodē longitudinē ptransibit. Designet & ipsa & sit. A.
 C. Quoniā aut mobile tardius in toto nunc ipso longitu
 dinem. A. C. ptransiuit, celerius mobile p eandē in mino
 re sane mouebit. Quare ipsum nunc diuidet. At erat in
 diuisibile. Fieri ergo nō potest vt qcq in ipso nūc moueat

pbō 1. 30. ¶ At q nec in eodē quicq gescere potest. ¶ Quiesce
 em id dicebamus, quod est aptū vt moueatur, & nō mo
 uetur tunc cū aptū est moueri, & ybi, & quēadmodū mo
 ueri est aptum. Quare cū in ipso nūc nihil sit aptum mo
 ueri patet nihil etiam in eodem quiescere aptū est.

42. itē neq in nūc
 cōtingit qcq quie
 scere.

pbō 2. 31. ¶ Præterea si nūc ipsum in vtriscq tēporib idē est fieriq

LIBER SEXTVS PHISICORVM.

potest vt in horū temporū altero toto qppiam moueat
 in altero toto quiescat, atq; id qd' toto in tempe mouet,
 in quouis ipsius mouetur, in quo ipsum moueri potest,
 & id qd' quiescit simili modo quiescet, fiet pfecto vt idē mo
 ueatur simul, atq; quiescat. Ipsum enim nunc vltimum
 vtrorumq; temporum est.

32. ¶ In sup id quiescere dicimus, qd' similiter sese habet &
 ipsum, & partes, nunc atq; prius. At in ipso nunc non est
 prius vt patet. Quare nūc fit vt in ipso quicq; quiescat. Que
 cū ita sint, necesse est id quod mouet, & id qd' quiescit
 in tempe moueat neq; quiescat.

TRACTATVS SECVNDVS in quo incipit agere,
 de diuisione motus, & getis postq; pramiserat in superio
 ribus quædā necessaria ad talem diuisionem.

¶ Capitulum primum in quo ostendit q; indiuisibile non
 potest moueri, & quomodo motus diuiditur.

Actoria
 1.º. omne qd' mo
 uetur vt diuisibile
 fit necesse est:

OMne autē qd' mutat diuisibile esse necesse est.
 Nam cū e quodā in quoddā sit omnis mutatio.
 Cum est quidē in eo in qd' est mutatu, nō vlt
 rius vt patet mutatur; cū vero est in eo ex quo est muta
 tio, & ipsum & omnes partes, nondū mutatur. Quod em̄
 eodem modo se habet & ipsum & partes id nō mutatur.
 Necesse est igitur ipsum partim in hoc partim i altero esse.
 Neq; em̄ in vtroq; neq; in neutro esse potest. Dico autē
 in qd' mutatur primū mutatiōe, vt fuscū cū ex albo muta
 tur nō nigrū. Non em̄ id qd' mutat in vtrouis extremorū
 esse necesse est. Patet igitur omne qd' mutat diuisibile esse.

Exhibi quædam mutatio
 habet & fuscū, i
 quod prius mutatur,
 nō in oporū a quo
 mouet aliquid de m
 in quod vltimū mutat

et si
 et si
 et si
 et si
 et si
 et si
 et si
 et si
 et si
 et si

aliquid
 fuscū
 nigrū

diffinc 33. ¶ Motus autē duobus est diuisibilis modis, vno quidē modo tempore, altero vero ratione partiū eius qd' subit modo motus
 2^o. motus quoq; ratōe partiū (eius quod mouet) partibilis est.

pbō 1. motum. ¶ Veluti si. A. C. totū mouetur & A. B. & B. C. sine mouebit. Atq; sit partis quidē. A. B. motus. D. E. partis vero B. C. motus. E. F. Totum igitur motū. D. F. ipsius A. C. mobilis motū est necesse est. Eteḿ hoc ipso motu mouebit, q̄ppe cū vtraq; pars vtroq; moueat motu, & nihil alieno motu sed pprio moueat. Quare totus motus totius est magnitudinis motus.

pbō 2. 34. ¶ Præterea si motus quidē om̄is alicuius est motus totus autē. D. F. motus neq; A. B. neq; B. C. est partis, pars em̄ partis est motus, neq; cuiq; tribuit alii. Cuius nāq; totus est motus, eius & partiū partes sunt. Partes autē D. E. F. Partiū A. B. C. & non aliorū sunt motus. Plurium em̄ vnus motus esse nō potest, totus pfecto motus. D. F. totius. A. C. magnitudinis motus erit.

pbō 3. 35. ¶ Insup si totius. A. C. magnitudinis alius quidam sit motus, ceu. G. K. auferent ab ipso vtraruq; partiū motus, qui quidē æquales erūt motibus. D. E. & E. F. Vnus em̄ vnus est motus. Quare si totus. G. K. motus in motū partium diuidet, motus. G. K. motui. D. F. erit æqualis. Sin vero stabitaliqd. vt H. K. hic nullus erit motus vt patet. Neq; enim totius neq; partium. Quia in motus vnus est vnus. At neq; cuiq; alii tribuet, cōtinuus em̄ motus cōtinuorū quorūdā est motus. Eadē erit pfecto ratio & si. D. E. F. excesserunt in diuisione motus. G. K. Quare si hoc esse non potest. Eundē atq; æqualē esse necesse est. Hæc

LIBER SEXTVS PHISICORVM.

igitur diuifio ratiōe partiū eius est qd̄ mouet, atq; cuiuslibet partibilis ipsam esse necesse est.

5^o. non modo ut tempus motus diuisibilis: imo econtra ut motus diuisibilis: & tempus diuisibile esse oportet: & ut motus diuisibilis: & qd̄ mouet.

36. ¶ Alia aut̄ est t̄pis ratiōe. ¶ Nam cū om̄is motus in tempore sit, & om̄e t̄pus sit diuisibile, minor aut̄ in minori t̄pe fiat, om̄is motus uti tempus diuidat̄ necesse est.

37. ¶ Cū aut̄ om̄e qd̄ mouet̄ in aliquo moueat̄ & tempore aliquo, mobilisq; totius sit motus eadē esse diuifiones & t̄poris, & motus, & ipsius moueri, & eius qd̄ mouet̄, & etiam eius in quo est motus necesse est. Verum non omniū similiter, in qbus est motus, sed quantitatis quidē p̄ se, qualitatis vero p̄ accidens. Accipiant̄ em̄ tempus in quo qppiam mouet̄ & sit. A. & motus sit B. Si igit̄ in toto t̄pore motū est, in illius dimidio motu minore est motum. Quo rursus diuifio, minore motu rursus est motū, & sic semp̄ motus diuidet̄ ut tempus. Simili modo si motus est diuisibilis & t̄pus est diuisibile. Si em̄ toto motu, toto in t̄pore motū est dimidio in dimidio & minore rursus in minore est motum.

38. ¶ Ipsum quoq; moueri modo diuidet̄ eodē. Sit em̄ ipsum moueri. C. In dimidio igit̄ motus minus erit toto, & in dimidio rursus dimidij, & ita semp̄ diuidet̄. ¶ Licet etiam ipsum moueri qd̄ est partis vtriusq; motus. D. E. & E. F. designando, totū totius dicere esse. Nam si sit aliud plura motus eiusdē erūt moueri, sicut & motū in motus partiū prius ostendimus diuisibilem esse. Accomodatū em̄ ipsum moueri parti vtriusq; motus, continuū totū erit. 36. ¶ Similit̄ & longitudo & om̄e id̄ om̄ino in quo sit mu

Quod si tempus motus diuisibilis: imo econtra ut motus diuisibilis: & tempus diuisibile esse oportet: & ut motus diuisibilis: & qd̄ mouet.

...

...

...

...

...

ratio diuisibile demonstrabit & si quædã p accidens diuisibilia sunt. ¶ Preterea q̄ id qd̄ mutat̄ est diuisibile. Nam si vnũ diuidatur. Omnia diuident̄. ¶ Similit̄ se se habebũt hæc omnia infinitiõis etiã atq̄ oppositi ratione. Ab eo aut̄ maxime qd̄ mutatur, hoc est sequutũ. Omnia inquã diuidi infinitaq̄ esse. Continuo em̄ ei qd̄ mutat̄ diuisibilitas ac infinito inest. Diuisibilitas igitur prius est demonstrata. Infinitio aut̄ in sequetibus innotescit.

¶ Capitulũ secundũ in quo determinat de ordine partium motus, & primo an sit primum in motu.

40 **Q**Uoniam aut̄ omne quod mutat̄ e quodã in quodam mutet̄ ipsum mutatũ, cũ primo mutatum est, in eo esse in quo est mutatũ necessesse est. ¶ Id em̄ qd̄ mutat̄ exit ab eo ex quo mutat̄, aut ipsum relinquit. Atq̄ aut̄ idẽ est mutari atq̄ relinquere, aut sequitur relinquere quidẽ mutari, relinquisse aut̄ esse mutatum. Nam ad vnũ quodq̄ similiter se habet vtrũq̄.

pb̄ 1. 41. ¶ Cum igitur vna mutationũ sit ea, cuius termini, contradictoriam subeũt oppositionẽ, patet cũ mutatũ est q̄ piam in id qd̄ est ex eo quod haud est, id iam ipsum qd̄ haud est reliquisse. Quo sit vt̄ sit i eo qd̄ est. Omne nanq̄ quoduis aut̄ esse, aut nō esse necessesse est. Patet igitur ipsum mutatũ ea mutatõe cuius termini cõtradictoria subeunt oppositionẽ, in eo esse in qd̄ est mutatũ. Quod si in hoc ita est, & in ceteris ita erit. Similit̄ em̄ in vna & in ceteris hoc sese habet.

pb̄ 2. 42 ¶ Preterea si queq̄ sumat̄, hoc etiã in vn̄uersis esse pa

LIBER SEXTVS PHISICORVM

tebit, si ipsum mutatum alicubi aut in aliquo esse necesse est. Quonia[m] e[m] id e quo est mutatu[m] relinqt, atq[ue] ipsum alicubi esse necesse est, aut in hoc erit aut i alio. At si in alio ut in C. id p[er]fecto qd[am] in ipsum B. est mutatu[m] rursus in B. mutatur ex C. ipsum namq[ue] C. non erat ipsi coherens. B.

Mutatio e[m] co[n]tinua est, quo fit ut ipsum mutatu[m], cu[m] est mutatu[m], ad id muta[m] in qd[am] est mutatu[m], qd[am] fieri neq[ue]. Id ergo qd[am] est mutatu[m], in eo esse in qd[am] est mutatu[m] necesse est 43. ¶ Patet igitur & ipsum factu[m] tum esse, cu[m] factum est. 2^o & ipsum corruptu[m] tu[m] no[n] esse, cu[m] est corruptu[m]. Hoc e[m] & si de o[mn]i mutatio[n]e est dictu[m], maxime tam[en] in ea dilucidu[m] est, cuius termini co[n]tradictoria[m] subeunt oppositione[m]. Patet igitur ipsum mutatu[m] in eo esse in quo est mutatu[m], cu[m]

2^o. in quo res primo mutata est: a thom[ae] 2^o imptib[ile] le esse, necesse est. 44. ¶ Id aut[em] in quo primo quippiam (mutatu[m] est primo. est mutatu[m] indiuidu[u] esse necesse est atq[ue] id dico primu[m] qd[am] no[n] ex eo est tale qa[ui]a aliqd[am] ipsius est tale. Sit e[m] diuisibile. Litteris. A. C. designatu[m], atq[ue] diuisum in B. Si igitur in A. B. aut rursus in B. C. est mutatu[m] no[n] in ipso primo. A. B. est mutatu[m], sin in vtroq[ue] mutatur. In vtroq[ue] e[m] aut mutari necesse est esse & in toto sane muta[m]. At mutatu[m] esse supponebat. Eade[m] est ratio & si in altero muta[m], in altero est mutatu[m]. Erit e[m] qd[am] prius primo. Quare no[n] erit id diuisibile in quo est mutatum.

45. ¶ Patet igitur tam corruptu[m], q[uam] generatu[m] in indiuiduo corruptu[m] esse ac generatu[m]. ¶ Bisaria[m] aut[em] dicitur id in quo primo quippiam est mutatu[m]. ¶ Vno modo in quo primo si n[on] mutatio est. Tunc e[m] vere dicere licet illud esse mu

Si quo d[icitur] mutatu[m] e[st] in b. no[n] e[st] m. b.
 si in alio e[st] pot[est] in p[er]fecto
 mutatu[m] i[n] s[ed] q[uo]d[am] v[er]o

Quo primo mutatu[m]
 in y. n[on] e[st] h[ic]
 ad i[n] q[uo] d[icitur] m[utatu]m
 mutatu[m] i[n] m[utatu]m i[n] m[utatu]m

2^o
 43

2^o
 44

2^o
 45

LIBER SEXTVS PHISICOR VM.

49. ¶ Patet igitur ex hisce quæ diximus neq̄ eius qd̄ mutatur, neq̄ tēporis in quo mutat̄ primū aliqd̄ esse. Ipsum aut̄ quo mutat̄ nō eodē modo sese habebit. ¶ Tria namq̄ esse dicuntur in ipsa mutatiōe id qd̄ mutat̄, & id in quo, atq̄ id quo mutat̄. Vt homo, tempus, atq̄ albedo. Homo igitur ac tempus diuisibilia sunt. Sed de albedine est alia ratio. Atq̄ tñ p̄ accidens om̄ia diuisibilia sunt. Cui namq̄ albedo vel q̄litas accidit. Id est diuisibile. Nam neq̄ in his erit primū, que p̄ se, & nō p̄ accidēs dicunt̄ diuisibilia quales sunt magnitudines ipsæ. Sit em̄ mobile A. B. motū ex B. in C. primum. Igitur si indiuisibile sit ipsum B. C. parte vacans erit, herens parte vacanti. Sin diuisibile erit aliqd̄ ipso. C. prius in qd̄ est mutatū & illo rursus aliud prius, & sic semp̄. Nunq̄ em̄ diuisio deficit. ¶ Quare nō erit qcq̄ primū in qd̄ est mutatū. Similit̄ res sese habet & in quantitatis mutatiōe. Nam & hæc in cōtinuo est. Patet igitur in solo qualitatis motu p̄ se indiuisibile esse posse

¶ Capitulum tertium in quo ostendit quomodo ea quæ sunt in motu præcedunt se inuicem.

1.º. in quo tpe p̄. 50
mo mobile mutat̄
& in eius qualibet
parte ipsum muta
ri necesse est.

¶ Vm aut̄ om̄e qd̄ mutat̄ in tpe mutet̄. Mutari vero in tpe dicatur, & vt in primo, & vt per aliud, quo pacto in anno mutari dicitur, quia mutatur in die id sane qd̄ mutatur in quacūq̄ eius temporis parte mutari, in quo primo mutatur necesse est. Id ita esse. ¶ Patet quidem & ex diffinitione ipsius primi. Sic enim ipsum antea diffiniebamus.

pbō 2. 51. ¶ Patebit autē & ex hisce que deinceps dicemus, Sit em̄
 tempus A.B. in quo quippiā primo mouet̄. Atq; cū om̄
 ne tēpus sit diuisibile diuidat̄ in C. In tpe igitur A.C. mo
 uetur, aut non mouet̄, & eodē modo rursus in ipso. C.B.
 si igitur neutra in tpe mouet̄, in toto sane q̄scit, alias im
 possibile est em̄ moueri si nulla in parte eius moueatur.
 Sin vero in altera tantū mouet̄, nō in A.B. tpe primo mo
 uetur, per aliud enim in ipso mouetur, ergo quacunq; in
 parte tēporis moueat̄ necesse est.

52. ¶ Hoc autē demonstrato, patet om̄e qd̄ mouet̄ prius, 2.º. omne qd̄ mu
 tatur p̄ ut muta
 tum sit necesse est.
 pbō 1. necessario motū esse. ¶ Nam si in A.B. tpe primo p̄ F.G.
 spaciū quippiā motū est, id qd̄ equa celeritate mouet̄
 simulq; incepit p̄ dimidiū in dimidio temporis erit motū.
 Quod si id tpe in eodē motū est p̄ magnitudinē aliquā &
 & alterū p̄ eandē necesse est esse motū. Quare motū est
 id uti diximus quod mouetur.

pbō 2. 53. ¶ Præterea si in A.B. toto vel quouis om̄ino tpe p̄pter
 ea motū dicimus quippiā esse, qd̄ ipsius vltimū nunc ac
 cipimus. Id est em̄ quod terminat. Atq; inter ipsa nunc
 semp est tempus, in ceteris etiā sane simili modo motum
 esse dicetur. Dimidiū autē extremū est ipsa diuisio. Quare
 & in dimidio motū erit & in quacunq; omnino pte. Semp
 em̄ p̄ diuisionē cōtinuo tempus ab ipsis nunc terminatū
 Lōz. euadit. ¶ Quod si om̄e tempus est diuisibile, & id qd̄ est
 inter nunc ipsa tēpus est uti diximus, om̄e p̄fecto qd̄ mu
 tatur infinities est mutatum.

pbō 3. 54. ¶ Præterea si id qd̄ cōtinue mutat̄ & nō est corruptū,

LIBER SEXTVS PHISICORVM.

neq; cessauit a motu, aut mutari aut esse mutatu. In quo
cunq; necesse est. Vt mutet aut in ipso nunc fieri nequit.
In quocunq; sane tps puncto mutatu sit ipsum necesse est
Quare si temporis puncta sint infinita, omne nimirum
quod mutatur infinities est mutatu.

3.º. nō modo om
ne qđ mouet pna
mutatū esse opoz
tet: sed 7 ante omne
mutatū vt res pri
us moueat est ne
cesse.

55. ¶ Non solum autem id quod mutatur necesse est esse
mutatum, sed etiam ipsum mutatum prius mutetur ne
cesse est. ¶ Omne namq; quod ex quopiam in quippiam pbō 1.
est mutatu, in tpe est mutatu. Sit em in ipso nūc ex A. mu
tatū in B. In eodē igitur nunc in quo est in A. mutatu non
est. Nam & in A. & in B. simul erit. Ipsum namq; mutatu
nō esse in hoc ipso cū est mutatu antea demonstraui mus
Qđ si in alio sit mutatu inter illa pfecto mediū tēpus erit
Non sunt em herentia ipsa temporis puncta.

56. ¶ Cum igitur in tēpore sit mutatu, tēpus aut omne sit di
uisibile, in dimidio sane mutatu est, & in dimidiū dimidio
rursus & sic semp. Quare antea mutabat.

57. ¶ Prętea id qđ dictū est in magnitudine magis est ma
nifestum, ppter ea qđ magnitudo cōtinuū est, in qua mu
tatur id qđ mutat. Sit em ex C. quippiā mutatu in D. Si
igitur C. D. indiuisibile sit, partibus vacanti, partibus pfe
cto vacans herebit. Qđ si id fieri nequeat, mediū ipsum
magnitudinē esse necesse est diuisibileq; esse in infinita.

¶ Quare prius in illa mutat. Omne ergo mutatu prius mu
58. ¶ Eadē est em & in hisce que nō cō
tinua sunt demōstratio, vt in cōtrariis, & in hisce que con
tradictoriā subeunt oppositionē, Sumemus em id tēpus

Accipit hinc mu
tatur esse nō p
est. Sic & tēpus
nō mouet pna
mutatū esse opoz
tet: sed 7 ante omne
mutatū vt res pri
us moueat est ne
cesse.

58.º

TRACTATVS SECVNDVS.

in quo est mutatū, & eadē rursus dicemus. ¶ Quare mu-
tetur ipsum mutatū, & mutatū sit id qđ mutatū necesse est
Atq; mutari prius est ipso mutatū esse, & mutatū esse ip-
so mutari, ac nunq̄ primū sumet. Causa aut̄ huius est par-
tibus vacans nō esse vacanti partibus herens, in infinitū
em̄ ipsa diuisio pficiscit, vt in crescentibus ac decrescen-

4.º. quicquid muta-
tur vt pus in infie-
nitū mutet necesse
est: & quicquid muta-
tum est vt prius in
infinitum mutatū
sit itidē oportet.

Lōp. 59. ¶ Quæ cū ita sint, patet ne-
cessē esse, & id qđ est factū, fieri prius, & id qđ sit antea
factum esse, modo diuisibilia atq; cōtinua sint. Non tamē
semp qđ sit factū est prius. Sed interdum aliud, ceu illius

Lōp. aliqd, vt in ædibus fundamentū. ¶ Similiter sit, & in eo qđ
corrumpit̄ & corrupto. Inest enim ei qđ sit, & ei qđ cor-
rumpitur infinitio quēdā. Quippe cū continuū sit vtrūq;
Et impossibile est aut fieri nō factū aliqd, aut factum esse
non siens aliqd. Similiter & in ipso corrūpi atq; corruptū
esse. Semp em̄ corruptū esse antecedit corrumpi, & cor-
rumpi corruptū esse. Patet igitur qđ id qđ est factū prius
necesse est fieri, & id qđ sit antea factū esse. Est em̄ om̄is
magnitudo, om̄eq; tēpus diuisibile semp. Quare in quo
cunq; sit, non erit in illo vt primo.

¶ Ca. quartū in quo defmiat de finito & infinito in motu

supp. 60 **Q**Uoniam aut̄ om̄e qđ mouet̄ in tpe moueat̄. ¶ In
maioreq; maiorem magnitudinē transeat.
supp. ¶ Fieri pfecto nō potest vt magnitudinē in-
finito in tpe transeat quicq; finitam, modo non per ipsam
eandē semp, nec p aliquā eius partē, sed p totam toto in
pbō i. tpe moueat̄. ¶ Patet igitur si quippiā æqua moueat̄ cele-

1.º. impossibile est
vt tpe infinito ma-
gnitudo transeat
finita semp aliud
magnitudinis su-
medo: & in om̄i tpe
totam magnitudi-
nem absoluendo.

LIBER SEXTVS PHISICORVM.

ritate necesse esse finitā magnitudinē illud finito in tem-
pore ptransire. Sumpta namq; parte quæ mensurauerit
totam, in tot equalib; pibus quot sunt magnitudinis par-
tes, totam illam magnitudinē ptransibit. Quare cū harū
quæq; finite sit quātitatis, & omēs numero sint finite, tem-
pus etiā ipsum pfecto finitum erit. Tantū em̄ totiens erit
quantū est tempus partis, totiens repetitū, quot sunt ma-

61 ¶ Nihil aut̄ inter est, & si non (gnitudinis partes. pbō 2.

æqua celeritate mouet. Sit em̄ spatium quidē A. B. fini-
tum, qd̄ infinito in tpe ptransiuit. Tempus aut̄ infinitum
C. D. Si igit̄ p priorē aliam alia partē motū esse necesse
est, patet in priorē tps parte posteriorē eue aliam aliam ue
ptransiuisse. Semp em̄ maiore in tpe p aliam motū erit.
Idq; nō minus fiet siue equa, siue nō equa celeritate mu-
tetur, & siue intendať motus, siue remittať, siue in eodē
persistat. Accipiatur itaq; pars aliqua spatiiq; metiet. A.
B. longitudinē totāq; atq; A. E. littere designet. Hanc igit̄
aliqua in parte ptransiuit tps infiniti. Quippe cū impos-
sibile sit eam in infinito tpe transire. Totum em̄ spatiū in
infinito ptransit. Et rursus si aliam sumpsero tantā quan-
ta est ipsa. A. E. necesse est & hanc eadem ratiōe finito in
tpe transiuisse, & sic vsq; ad vltimā pficiscar. Cū igit̄ infini-
ti quidē nulla sit pars quæ metiet ipsum, vt patet, fieri em̄
non potest, vt infinitū ex finitis equalib; & inequalib; cō-
stet, ppterea qd̄ ea quæ multitudine magnitudineq; sunt
definita, siue equalia, siue inequalia sint, mēsurari tandē
aliquo vno possunt. Spaciū aut̄ finitū quātitate partis A.

Coz. E. mensurē finito pfecto in tpe tale etiā mobile p magni-
Coz. tudinem A.B. finitā mouet. Similiter & de qere dicen-
 dum est. Quare fieri nō potest, vt idem vnūq; generē
 semper vel corrumpatur.

61. ¶ Eadē sane ratiōe pbabit, fieri etiā nō posse vt finito **2^o tpe finito qe**
 in tpe quicq; aut infinitā magnitudinē transeat (siue vni-
 formiter siue difformiter moueat) aut qere infinita quie-
 scat. Sumpta nāq; tpris aliqua parte que totū metiet tem-
 pus, in illa partē aliquā magnitudinis, nō totā magnitudi-
 nem transit. Totam em̄ toto i tpe transit & rursus in alia
 parte equali partē aliā magnitudinis transit; & in vna-
 quaq; simili modo, siue equalis sint primę parti siue etiā
 ineqales. Nihil enim refert modo sit queq; finita. Patet
 em̄ exhausto tpe infinita magnitudinē exhaustam nō fo-
 re, si ablatio fiat magnitudine nūerocq; finita. Quare non
 infinitam magnitudinem finito in tpe transit atq; nihil in-
 ter est altera ex parte tantū an ex vtraq; infinita sit magni-
 tudo. Eadē em̄ semper accomodabit ratio.

Coz. 63. ¶ His demonstratis patet neq; fieri posse, vt magnitu-
 do finita finito in tpe transeat magnitudinē infinitā cau-
 sam ob eandē. In parte nāq; tpris finitam partē transit, &
 in vnaquaq; simili modo. Quō fit vt in toto tempore fi-
 nitam transeat magnitudinem.

64. ¶ At vero cū magnitudo finita non transeat finito in
 tpe magnitudinē infinitā patet neq; magnitudinē infini-
 tam longitudinē finitā transire. Nam si infinita magnitu-
 do finitam ptranseat, & finitā infinitā transire necesse est.

**3^o tpe finito mo-
 bile infinitū spaci-
 um nō absoluet fi-
 nitum**

LIBER SEXTVS PHISICORVM

Nihil enim inter est, vtra sit ea quæ motu cietur. Vtroq;
 nanq; modo infinitam transit finita. Nam cū A. magnitu-
 do infinita mouet, erit aliqua pars eius finita, vt B. ceu D
 C. & aliaq; atq; alia rursus & sic semper. Quare fiet vt si-
 mul infinita p infinitā, & finita p infinitā sit mota. Nec em̄
 fortasse fieri potest, vt alit̄ infinita p finita sit mota q̄ hoc
 pacto vt finita transeat infinitā, vel lat̄one p gendo p ip-
 sam vel metiendo. Quare cū hoc sit impossibile, infinita
 sane finitam pertransire non potest.

65. ¶ At vero nec infinita infinitā finito in tpe transit. Nam Lōz.
 si transit & infinitā finita sane transibit. Inest em̄ in infini-
 ta finita. Præterea & tpe sumpto eadē demonstratio erit.

66. ¶ Cum igit̄ nec infinitā finita, nec infinita finita, nec eti Lōz.
 am infinitā infinita finito in tpe transeat, patet neq; motū
 infinitū in tpe fore finito. Quid em̄ inter est, motus an ma-
 gnitudo sit infinitū. Nam si vtrūuis fuerit infinitū, & alte-
 rum infinitū esse necesse est, om̄is em̄ latio est in loco.

¶ Capítulum quintū in quo determinat de his quæ perti-
 nent ad diuisionem quietis.

1. 2º. omne qd̄ stat
 cū stat vt moueat
 necesse est.

QUIM aūt in om̄e moueat aut q̄scat q̄ aptū est
 moueri quādo, & vbi, & quēadmodū aptū est,
 ipsum pfecto stans cū stat moueri necesse est, nam si nō
 mouetur quiescit. An fieri non potest, vt ad getem profu-
 ciscatur id quod quiescit.

68. ¶ Quo demōstratio, patet necesse esse & in tpe stare. pb̄ 1.
 ¶ Omne nanq; qd̄ mouet, in tpe sane mouet, ipsum autē
 stans moueri ostendimus. Quare necesse est tpe stare.

2 2º quicqd̄ stat; in
 tpe stat

*Quod dicitur in libro primo
 quod motus est in loco
 quod non potest esse in loco*

pbō 2. 69. ¶ Præterea ipsum celerius atq; tardius in tpe dicimus esse. At fit vt tardius atq; celerius stetur:

70. ¶ At vero id qd' stat, stet quacūq; in pte tempis eius in quo primo statur necesse est. Tempe nanq; diuisio si neutra in parte stat, neq; toto pfecto in tpe stat. Quo fit vt nō est, 3.º. in quo primo statur in quibet ei parte stare necesse est.

stet id ipsum qd' stat sin in altera, non in toto stat primo. In hoc em̄ per aliud stat, vt de eo qd' mouet antea diximus.

Vt aut̄ nō est qcq; in quo primo mouet id qd' motu ciet, sic neq; quicq; est in quo stat id primo qd' dicim' stare.

71. ¶ Neq; em̄ ipsius moueri, neq; ipsius stare quicq; est primū. Sit em̄ id qd' primo stat. A. B litteris designatum, 4.º. in quo stetur: p̄mū dabile nō est

Hoc igitur vacare partib' impossibile est. Non est em̄ in eo motus qd' partibus vacat, p̄pterea qd' id qd' mouet motum esse necesse est. Id vero qd' stat moueri iam demon-

strauimus. Quod si diuisibile est quacūq; in parte ipsius stat hoc em̄ prius ostendimus, in quo inquā primo quip-

piam stat, in eius hoc parte quacūq; stare. Cū igitur tpus sit id in quo primo stat, & nō indiuiduū, om̄e vero tpus in

infinitū sit diuisibile, nō est pfecto id in quo primo statur

72. ¶ Neq; igitur id est in quo primo qescēs ipsum geuit. 5.º. id quidē quie scit in tpe qescere oportet.

In eo nanq; nō geuit, qd' partib' vacat, q̄a nō est in indi-

uiduo motus. In quo x̄o qescit quippiā, in eo etiā & mouetur. Tunc em̄ quiescere quippiā dicimus, quādo & in

quo est aptum vt moueatur, & non mouetur.

73. ¶ Præterea tunc qescere quippiā dicim' cū similiē nūc sese habet & prius, nō vno quodā sed duobus hoc minimis diiudicantes. Quare id in quo qescit, partib' non va-

LIBER SEXTVS PHISICOR VM.

6^o. in quo primo
res gescit: in eius
q̄libet pte gescet.
7. 2^o. unde fit ex
in quo res gescat
p̄mum assignabile
non est.

cabit. Quod si partibile est, tempus erit p̄fecto. ¶ Atq̄ in
quavis ipsius parte gescet. Si ēm hoc ostendat, vt in pri
oribus est demonstratū. Quare nihil erit & in hoc primū.
Est aut̄ huius hęc causa. Omne inquā gescere atq̄ moue
ri in tpe. Tempus vero nullū esse primū, neq̄ magnitu
dinem, neq̄ om̄ino cōtinuum cū om̄e sit diuisibile in infi

2^o id quod aliq̄
spatiū aliquo tpe
primo p̄transit pe
nes aliq̄ illi⁹ sp̄a
cii primū esse in ali
quo motus tpe nō
potest

74. ¶ Cū aut̄ om̄e qd̄ mouet in tēpo- (nitm vt patuit
re moueat, atq̄ ex quopiā in quippiā mutet, impossibile
est eo in tpe quo p̄ se quippiā mouet, & nō in aliquo illi
us ipsum in aliquo primo esse. Quiescere nancq̄ quippiā
est in aliquo eodē & ipsum & partē ipsius quāq̄ tpe quo
dam esse. Sic ēm gescere dicimus, cū in alio nūc atq̄ alio
vere dicere licet ipsum in eodē partesq̄ ipsius esse. Qd̄
si id est gescere, nō sit p̄fecto vt id qd̄ mutat in aliquo sit
tot āipso tpe primo. Est ēm diuisibile tēpus om̄e. Quare
alia in parte ipsius atq̄ alia vere dicere licebit in eodē, &
ipsam & quancq̄ partē ipsius esse. Qd̄ si nō sit hoc pacto
in aliquo, sed vno in t̄pis puncto, nō erit in aliquo p̄fecto
tēpore vllō, sed in t̄pis tatūmodo sine. In ipso vero nūc est
quidē semp in aliquo nō tamē gescit. In ipso nancq̄ nunc
neq̄ moueri quicq̄ neq̄ gescere potest: Sed verū quidē
est in ipso nunc nō moueri, atq̄ in aliquo esse. In tpe autē
vt gescens esse nō potest, euenit ēm vt id qd̄ fert gescat.

TRACTATVS TERTIVS in quo excludit quedā ex
quibus errabant nōnulli antiqui circa motū

¶ Capitulū primū in quo soluit rationes zenonis
negantis totaliter motum esse.

178 630
nonis.

Zeno vero prave ratiocinat. ¶ Dicit em̄ si semp̄ oīne gescit, aut mouet cū est in sibi æquali. Id aut̄ quod fertur, est in sibi æquali spatio in ipso nūc

Ser ratiōes q̄ nō
sit motus aut mu-
tatio.

semper. Immobilem eam esse sagittam que fertur
76. ¶ Hoc aut̄ est falsum. Tēpus em̄ nō ex ip̄sis nūc indiui-

R^o:

sibilibus constat. Quēadmodū nec vlla alia magnitudo.

1 ratio

77. ¶ Quatuor aut̄ Zenonis de motu sunt ratiōes, q̄ diffi-
cultatem soluentib⁹ afferūt. ¶ At prima quidē est ea qua
motus ex eo tollit^r, q̄a prius ad mediū q̄ ad finē id qd̄ fert^r
peruenire oportet. ¶ De qua distinxim⁹ antea.

R^o habet. 5. tex. 19

2 ratio

78. ¶ Secunda quo est ea quæ nuncupa^r achilles, qua mo-
tus rursus ex eo tollit^r, q̄a nunq̄ id qd̄ celerrime currit id
consequet^r qd̄ tardius currit. Id em̄ qd̄ psequit^r eo pueni
at ante necesse est, vnde id qd̄ fugit fugā arripuit. Qua-
re tardius ipsum semp̄ aliquo spatio precedat necesse est

Posito q̄ nō mouet
79. ¶ Est aut̄ & huius ratiōis eadē vis, sed hoc differt, qd̄
magnitudinē quę accipit non in dimidia diuidit. Accidit
igitur vt tardius ipsum nō attingat ex ratiōe nimis ipsa.
Fit aut̄ ob diuisionē qua quidem & antecēdēs vti^r ratio.
In vtriusq̄ em̄ fit vt nō pueniat ad finē magnitudine sube-
unte & si nō eodē modo diuisionē. Sed in hac addit tanq̄
tragice decantatū neq̄ celerrimū vnq̄ tar dissimū attinge
re psequendo. ¶ Quare solutionē vtriusq̄ eandē esse ne-
cesse est. Id vero qd̄ censet nunq̄ id attingi qd̄ antecedit
falsum est, pfecto, nam cū antecedit nō attingit. Attamē
attingit tandē, si dabit magnitudinē finitam id qd̄ mouet
transire, hæ sunt igitur duę ratiōes Zenonis.

Etiam motus
in dimidia
vnde accipit
et non in
tardius puenit

Quia dicit
in dimidia
vnde accipit
et non in
tardius puenit

R^o:

Quia hereticus nō mouet
finitim.

Q²

LIBER SEXTVS PHISICORVM.

Formata est 3. rō
 5. tex 75 in pmo ca
 11. rō patet 8. tex. 76

80. ¶ Tertia vero est ea, quæ gescere dicit sagittam cū fertur, de qua paulo ante diximus. Accidit autē id ex eo, quia tempus sumitur ex suis punctis constare. Quod si nō deris, ratio continuo expirabit.

81. ¶ Quarta est ea quæ de iis est equalibus molibus, quæ 4 ratio ppter æquales alias moles equali celeritate partim e calce stadii partim e contra mouentur. Vbi fieri putat vt duplo tempori dimidiū sit æquale.

82. ¶ Rationis aut fallacia in existimatione illa consistit. Eanancq̄ quorū alterū fertur ppter gescens, alterū ppter id quod mouet, equalē magnitudinē celeritate equali transire in equali tpe censet, hoc aut falsum est. Sint gescentes quidē æquales moles. AAAA. Sup has aut mouentur moles. BBBB. incipiendo a medio ipsarū molium. A numero & magnitudine æquales. CCCC. vero his æquales modo eodē & æque celeres sup ipsas. B. incipiendo a prima q̄ est in medio ipsarū. A. motu cōtrario moueant.

¶ Accidit igit primam. B. Atq̄. C. molem simul in ipsis esse extremis & C. quidē vniuersas. A. moles. B. vero dimidiū ipsarū ptranssiuisse. Quare sit vt sit dimidiū tempus. Vtraq̄ em̄ equali in tpe molium vnāquāq̄ transiuit, Et insup accidit. B. p omnes moles. C. transiuisse. Prima nancq̄ C. & B. moles in contrariis sunt extremis tanto in tpe p vnāquāq̄ B. molium mota quāto quāq̄ molium A. transiuit, vt dicit, ppter ea quod vtraq̄ equali in tpe p. A. moles est mota. ¶ Ratio igit hec est. Fit aut ob id quod dixim⁹ falsum

83. ¶ At vero neq̄ in ea mutatione cuius termini cōtradi 5 ratio

11. rō

storiam subeunt oppositionem impossibile quicquid nobis
 eueniet. Veluti quippiam si e non albo in albu mutat, atque in
 neutro est, neque albu, neque non albu esse. Non enim si non to-
 tum in vtrouis sit non dicetur albu, aut non albu esse. Albu
 enim dicimus, aut non albu, non quia totu sed quia plurimis parti-
 bus sit, aut maxime precipuis tale. Non est autem idem non esse
 in hoc, & non esse in hoc totu. Similiter res se se habet &
 in eo quod est, & in eo quod haud est, atque in ceteris que con-
 tradictoria subeunt oppositione. Etenim in oppositorum qui-
 dem altero necessario erit totu aut in neutro semp erit.

R.

6 ratio 84. ¶ In circulo rursus ac sphaera, & in iis omnino quae in seip-
 sis mouentur, non eueniet ipsa quiescere. In eodem enim loco
 tempore quodam ut inquit & ipsa & partes sunt. Quo sit
 ut quiescant simul ac moueantur.

85. ¶ Primo namque partes non sunt eodem in loco tempore vlllo.
 Deinde totu etiam in aliu semp locu mutat. Non est enim ea-
 dem circumferentia, quae ab A. & B. C. sumit, ceterorumque
 quolibet puncto, nisi ut musicus homo, & homo, quid id
 accidit. Quare in alia alia semp mutat, & nunquam quiescet. Idem
 est modus & in sphaera, atque in ceteris que in seipsis mouentur.
 ¶ Capitulum secundum in quo ostendit quod indiuisibile non mouetur
 contra Democritu qui ponebat atomos moueri per se.

R.

86. ¶ Demonstratis autem his dicimus id quod partibus
 vacat moueri non posse, nisi paccidens, veluti
 si corpus vel magnitudo in qua est moueat.

1. 2° imptibile non
 nisi fin accidens
 mutari contingit.

Quoad modu si id quod est in nauigio latitudo nauigii, vel to-
 tius motu pars moueat. ¶ Vacare autem id partibus dico quod

Disti.

LIBER SEXTVS PHISICORVM.

est indiuisibile quātitate: ¶ Partiū em̄ motus & inter sese distinc
differūt, & a totius etiā motu, atq; in sphaera maxime differē
rentiam ipsam quā spīā intuebit̄. Non em̄ eadē erit celeritas
earū partium quāz p̄pinque sunt centro, & earū quāz
sunt ab eo distantes totiusq; sphaerę. Quo patet nō vnum
omniū esse motū. Vt igit̄ diximus, sic ipsum qd̄ partibus
vacat moueri potest, vt hisce q; sedet in currete nauī mo
uetur, per se aut̄ moueri non potest.

87. ¶ Mutet̄ em̄ ex. A. B. in. B. C. siue in magnitudinē ex p̄bō 1.
magnitudine, siue in formā ex forma, siue ex termino in
opposita cōrradictorie terminū, tēpus aut̄ in quo primo
mutat̄ sit. D. Igitur ipsum eo in tēpore quo mutat̄, aut in
A. B. aut in. B. C. aut partim in hoc, partim in altero esse
necesse est, omne nanq; qd̄ mutat̄ sic se habeat. At aliqd̄
ipsius in vtroq; nō erit, fuerit em̄ partibile. Neq; erit in B
C. erit em̄ mutatū, supponit̄ vero mutari. Restat igit̄ ip
sum in A. B. esse eo tpe quo mutat̄. Quiescet ergo. Qd̄
em̄ est in eodē tpe quodā, id gescere dicebamus.

88. ¶ Quare nō sit vt id qd̄ vacat partib; moueat̄, aut om
nino mutetur. ¶ Hoc t̄m pacto motus ipsius esset, si tem
pus suis ex punctis constaret. Semp̄ em̄ in ipso nunc mo
tum esset atq; mutatū vt moueat̄ quidē nuncq; semp̄ ve
ro sit motū, at hoc esse nō posse prius est demonstratum
Neq; em̄ tempus ex nūc ipsis, neq; linea ex punctis, neq;
motus ex suis momentis constat. Nam nihil aliud asserit
q; id dicit, q̄ motū ex hisce quā partibus vacant constare,
perinde atq; si tēpus ex nunc ipsis, assereret, aut magni
tudinē ex punctis constare.

LIBER SEXTVS PHISICORVM

& ea quæ in contrariis est. Quare mutationū quidē earū quæ in contradictoriis sunt affirmatio atq; negatio finis est. generatiōis quidē id quod est, corruptiōis autē id quod non est. Mutationū vero quæ inter cōtraria sunt, ipsa cōtraria sunt extrema, hæc em̄ vltima sunt mutatiōis, quare & alterationis om̄is. Alteratio nanq; ex cōtrariis est quibusdā Similif & accretiōis decretiōisue. Nam accretiōis quidē id est extremū quod est magnitudinis p̄fecte q̄ accommodat nature finis. Decretiōis v̄o casus ab hoc ipso remotione.

92. ¶ Latio autē hoc quidē modo nō erit finita. Non enim om̄is est in cōtrariis. Sed quoniā quod hoc pacto est, impossibile diuifum fore vt nō cōtingat ipsum fore diuifum, id vt diuidat nō potest. Multiplicit̄ em̄ impossibile. Atq; quod ita est impossibile secari nō possit. Et om̄ino quod factū fore nō potest, id fieri nō cōtingit, & id p̄fecto quod mutātū fore nō potest in id mutari neq; in quod mutātū fore nō potest.

93. ¶ Si igitur id quod fertur in quippiā mutat, & in illud sane fore mutatum potest. Quare motus nō est infinitus, neq; quicq; p̄ infinitū fertur. Fieri enim nō potest vt illud vnq; p̄transeat. Patet igit̄ hoc pacto nullam infinitā esse mutationē, vt non sit finibus terminata.

94. ¶ Verū cōsiderandū est si sic esse possit, vt vna eadēq; tpe sit infinita. Nam si nō fiat vna, nihil forsitan prohibet. Veluti si alteratio fiat post lationē, & accretio post alterationem, & generatio rursus post illam. Sic em̄ semp quidem erit tpe motus, sed nō vnus, q̄a non est vnus ex vniuersis. Vt autē vnus infinitus tpe fiat p̄ter vnum nō potest, hic autē est ipsa cōuersio.

¶ Explicit liber
sextus.

TRACTATVS PRIMVS.

Incipit liber septimus philosophorum Aristotelis de motu in quo determinat quod necesse est ponere primum mobile & primum motum & primum motorem.

TRACTATVS PRIMVS in quo probat quod omne quod movetur movetur ab alio & quod est primum motus & primum motor

Capitulum primum in quo determinat quod omne quod movetur movetur ab aliquo.



Mne quod movetur ab aliquo moueatur necesse est. Si igitur in se non habeat principium motus, ab alio patet ipsum moueri. Si in se habeat, accipiat ipsum. A. B. quod quidem moueatur non ex eo quia quod sui ciatur. Primum igitur A. B. putare a se moueri, quia & totum ab externo nullo mouetur, simile est atque si quis cum ipsum. D. G. mouet ipsum. G. F. simulque cum eo mouetur ipsum D. G. F. a seipso moueri putaret, quia non respicit utrum ab utro moueatur utrum D. G. A. G. F. an G. F. ab ipso D. G.

Classificatio omne quod movetur ut ab alio moueatur necesse est

pb 1.

pb 2.

Deinde quod a seipso mouetur, id nunquam ex eo moueri desinet, quia aliquid aliud stetit mouerique cessauit. Igitur si quid ex eo moueri desinit quia quippiam aliud stetit, id ab alio moueatur necesse est. Hoc enim patefacto, omne quod movetur ab aliquo moueatur necesse est, cum enim ipsum, A. B. moueri sit sumptum diuisibile erit, profecto. Omne namque quod movetur diuisibile est. Sit igitur diuisum in C.

Igitur B. C. quiescente, & ipsum A. B. quiescat necesse est.

R.

per se moueri potest
quod

LIBER SEPTIMVS PHISICOR VM

Quod si nō quiescat, mente sumat moueri. B. C. igitur q
 escende. A. C. mouet. Non ergo se mouet ipsum. A. B.
 at p se primo moueri supponebat. Patet igitur. B. C. qe
 scende & A. B. qescere, ac tūc cessare moueri. At si qd ex
 eo moueri definit, qd qescit aliud, id ab alio plane mouet
 Patet igitur omne qd mouet ab aliquo motu cieri. Omne
 em quod mouet est vt patuit diuisibile, parteq quiescen
 te, & totum ipsum quiescet.

¶ Capitulum scđum, in quo ostendit qd est pri

3 **Q**umus motus & primus motor.
 Vm aut omne qd mouet ab aliquo moueat
 necesse, & id qd in loco mouet ab alio moue
 atur & id igitur qd mouet ab alio moueatur necesse est
 cum moueat, & ipsum, & hoc ab alio rursus. At nō infi
 nitum hoc pficiscit, sed stabit tandē alicubi, atq erit qpp
 am qd primo causa erit vt omnia moueant.

Conclu. cū ab exte
 riore mouente mo
 bile qd cūq moue
 atur: qd mouēs ab
 altero mouēte itē
 dem moueat: hoc
 i infinitū abire im
 possibile est.

4. ¶ Quod si nō sit ita sed sit in infinitū pfectio, moueatur sup^o.
 A. quidē. A. B. ipsum autē B. moueat. A. C. & C. rursus
 A. D. & hoc in infinitū hoc modo pficiscatur.

¶ Cum igitur simul moueat & id qd mouet simul. A. & sup^o.
 B. mouebunt nam cū B. mouet, mouebit, & ipsum A. &
 item cū B. mouet ipsum. C. sane mouebit & similē cū C
 mouet mouebit ipsum. D. motus igitur ipsius A. simul
 erit cū motu ipsius. B. & ceterorū cuiusq, & vnūqđq igit^o sup^o.
 ipsorū & motu cuiusq posterioris sumere, nam & si a sin
 gulis singula, simul mouent, nō min^o tamē vnūscuiusq
 motus vnus est numero & nō infinitus extremis. Cū om

Abed

In mouentibus: motus est vnus in infinitū
 Mouens & mobile in totum tempore mouet.

TRACTATVS PRIMVS

89

ne quod mouetur, e quodā ad quoddā proficiscatur.

5. ¶ Fit em̄ vt aut numero, aut genere, aut specie sit idem motus, nūero igitur eū motū dico eundē esse, q̄ in eodē numero tpe ex eodē in idē numero sit, vt hisce q̄ hac ex albedine quæ est vna numero; hanc in nigredinē, hoc in tempore qd' sit vnū numero sit. Nam! si in alio atq; aliud fiat vnus specie nō numero motus erit. Genere autē idē est motus, q̄ eodē in predicamento, aut in substantia, aut in alio genere sit. Specie vero est vnus, quo ex eodē specie ad idē specie pergitur. Vt motus qui est ex albo in nigrū, aut in malū e bono. Hæc autē & in superiorib' dicta sunt

6. ¶ Accipiat igit' mot' ipsius A, & sit E. & motus ipsius B & sit F, & motus item ipsius C, atq; D. & sint G, atq; H. Sumatur præ ea tempus in quo A. mouet' & sit K. Atq; cum definitus sit motus ipsius A, definitū erit & K. tempus & nō infinitū. At A. & B. & ceterorū vnūq; eodē in tempore mouebatur. Accidit igitur vt motus E, F, G, H. infinitus in K. definito tpe fiat, eo em̄ in tpe quo A. mouebatur & ea om̄ia infinita quæ post ipsum A. collocata deinceps sunt mouebant'. Quare tpe in eodē mouentur Eteḿ motus ipsius A. equalis aut erit motui ipsius B. aut maior nihil aut refert. Accidit em̄ om̄ino vt infinitus motus tpe fiat finito. Hoc aut fieri nequit

7. ¶ Hoc igit' pacto qd' pposuimus videbit' demonstrari Instantia Non tamē demonstrat' q̄ nullū absurdū emergit. Fieri em̄ potest vt finito in tpe motus sit infinitus, nō tamē idē; est alius, atq; alius, si multa sint ea quæ mouentur acinſi

In mouenti b. e. motu nō egressu in infini

Rz.

LIBER SEPTIMVS PHISICORVM.

8.

nita, quod & in hisce quæ nunc sumpsimus accidit.

8. ¶ At si id quod primo mouet in loco motuque corpori accommodato tangere necesse est id quod mouet aut continuum esse, vt in vniuersis fieri cernimus, totum ipsum vnũ ex omnibus aut continuũ erit. Id igitur quod fieri potest, esse sumatur & sit magnitudo quidẽ aut continuũ ipsum, A. B. C. D. Motus aut huius sit E. F. G. H. Nihil aut interest infinitũ sit an finitũ, similis em̄ finito in tpe. K. aut infinitũ aut finitũ in finito mouebit motu, horũ aut vtrũque est im-

impossibile ad aliquid moueri in finitum

9. ¶ Stabit igitur tandẽ vt patet, id ipsum, & nõ possibile in infinitũ proficiscet, ab alio inquam semp moueri, sed erit quæpiã quod primũ motu crebitur, nihil autẽ inter sit aliquo supposito id ostendi. Eo namque posito quod esse potest, nullum absurdum accidere oportebat.

TRACTATVS SECVNDVS in quo probat quædam quæ in superioribus supposuerat.

¶ Capitulum primũ in quo probat quod mouens est

continuum vel contiguũ mobili.

Conclusio primũ mouens nõ vt gratia cuius sed vnde motus simul est cum moto.

ID aut quod primũ mouet nõ vt id gratia cuius cætera sunt vel fiunt, sed vt vnde est principium motus, simul cum eo est quod mouet. Atque simul dico, quia nihil est inter ipsa, hoc em̄ omnibus mouentibus communiter competit & subeuntibus motum.

Sicut supponitur

10. ¶ Cum aut tres sint motus, is inquam qui ad locũ, is qui ad qualitatem, & is qui ad quantitatem accommodat. Quorum primus est latitudo, secundus alteratio, Tertius accretio atque decretio, & ea sane quæ mouent tria esse necesse est. Atque

distinctio

primo de latōne dicamus. Hęc em̄ primus motuum est.

pbō 1. ¶ Omne itaq; qđ fertur, aut a seipso mouet̄ aut ab alio.

Sĩ igitur a seipso mouet̄. Patet cū in ipso sit id qđ mouet
simul esse, & id qđ mouet, & id qđ mouet̄ & nihil inter
ipsa mediū esse. Sin ab alio mouet̄ quattuor modis mo-
uetur. Motus em̄ q ab alio afferuūt, quattuor sunt. Pul-
sus tractio volutio vectio et̄ fit vt omnes alii ad hos re-

pulsio. ducantur. ¶ Pulsio igitur alia est impulsio alia expulsio.

Atq; impulsio quidē est, cū id qđ mouet nō deserit id qđ
uectio. mouetur. Expulsio vero cū deserit. ¶ Vectio autē in trib⁹
est motibus. Non em̄ p se, sed p accidens mouet̄ qđ ve-
hittur. Ex eo nanq; mouet̄ qa est in eo vel sup id qđ mo-
uetur, at id qđ vehit, aut pellitur, aut trahitur, aut voluit̄,

tractō patet igitur uectiōnē tribus in motib⁹ esse. ¶ Tractio ve-
ro est, cū motus trahentis aut ad se aut ad aliud celerior
eius est motu qđ trahit̄, neq; seiungit̄ ab eodē, et̄m & ad
seipsum est tractio & ad aliud. Ad has & ceterę tractio-
nes egdē specie reducēt̄, vt inspiratio, & spiratio, & sup-
tatio, & eę qbus aut emittunt̄ corpora, aut accipiuntur.

Rōz. Quarū alie sunt cōgregatiōes, alie segragatiōes. ¶ Et om-
nis igitur ad locū accomodata motio, congregatio est ni-
uertiē mirum & segregatio. ¶ Volutio vero ex tractione pulsio
neq; componit̄. Mouens em̄ partim pellit, partim trahit̄
id qđ motu hoc agitur, p̄spicuū igitur est, si pellens ac
trahens est cū eo qđ pellit atq; trahit̄ nihil esse inter ea
quorū alterū mouet̄, alterū mouet, hoc & ex diffinitioni-
bus patet, nam pulsio quidē est, aut ex se, aut ex alio in ali-

LIBER SEPTIMVS PHISICORVM.

ud motus. Tractio autē ex alio vel ad se, vel ad aliud. In-
 super compulsio atq; dispulsio. Proiectio vero est, cū mo-
 tus celerior fit naturali motu corporis eius qd' fertur, pul-
 sione vehemētior e nimirū facta, qd' quidē eousq; fertur
 quousq; motus is vehemētiore sit illo motu. ¶ Que cum
 ita sint. Patet esse simul id qd' mouet & id quod mouet, **Lōz.**
 & nihil inter ipsa medium esse.

II. ¶ At vero nec inter alterans & id quod alterat mediū **pbō 2.**
 quicq; cadit, qd' quidē ita esse p inductionē patere potest.
 In vniuersis em̄ fit vt id qd' vltimū alterat & id qd' primū
 alteratur sint simul. Omne em̄ quale ex eo alteratur, ga-
 sensible est. Sensibilia vero sunt ea, qbus inter se corpo-
 ra differūt, vt grauitas, leuitas, durities, mollities, sonus,
 huius vacuitas, albedo, nigredo, dulcedo, amaritudo, hu-
 miditas, siccitas, densitas, raritas, & ea quæ inter hęc sunt
 similiter & cetera que sensui subiiciunt, caliditas inquā,
 & frigiditas, & leuitas, & asperitas. Hęc em̄ affectus sunt
 qualitatis subiectę, & his inter se differunt sensibilia cor-
 pora, aut horū gradibus, atq; qd' aliqd' horū partiunt alte-
 ri dicim^r tam aniata corpora q̄ inaniata, & aniantiu partes
 que anie sunt ex partes, calefiūt em̄, aut frige fiūt, aut dul-
 cia fiunt, aut amara, aut aliquo alio predictōrū afficiunt.

12. ¶ Ipsi quoq; sensus alterant, patiunt em̄ nam ipsoꝝ ac-
 tio motus est p corpus patiēte aliqd' sensu. Atq; qbus al-
 terantur inanimata, his vniuersis animātia etiam alteran-
 tur. At qbus animantia alterent, hisce nō alterant inani-
 mata. Per sensus em̄ nō alterant, neq; sentiūt inanimata

TRACTATVS SECVNDVS.

81

cum alterant. Nihil tamē phibet vt & animantia cū alterantur nō sentiant, quāto nō p sensus ipsīs accidit alteratio. Si igit affectus quidē sensibiles sunt, p hos aut fit alteratio, patet iam simul esse patiens ipsum atq affectū, & nihil inter ipsa mediū esse, nam huic qdē aer cōtinu^o est, aeri vero coniungit corpus, & superficies quidē lumini, vi sui vero lumē coheret. Similiter & auditus ac odoratus primo mouenti cōiungit. Sapor etiā simul est modo eor.

13. ¶ Simili modo fit & in hisce que sunt (dem & gustus expertia animæ atq; sensus. ¶ Id etiā qd' auget & id quod auget eodē modo se habēt. Accretio nāq; quedā additio est. Quare simul sunt quod auget & qd' auget. Et in di- minutioe eodē modo. Causa nāq; decretiois ablatio que- dam est. ¶ Patet igitur nihil esse mediū inter id qd' ultimū mouet & id qd' primo mouetur.

¶ Capitulū secundū, in quo probat qd' omīs alteratio sit in sensibilibus & in parte animę sensitua.

14. **D**Einceps aut vnuerfa que alterant a sensibilib' alterari, & eorū alterationē esse dūtaxat q' p se ab hisce pati dicunt, per hec cōtemplen

15. ¶ Maxime nanq; quispiā in figuris for- tur oportet. mis atq; habitibus & horū deiectionibus acq̄sitiōibusue alterationē esse existimabit. ¶ Videt em̄ in his alteratio esse verū nō est, sed cū quedā alterant, hec fiunt. Cū den- satur inquā, aut rara fit aut calescit aut frige fit materies ip- sa. Sed alteratio nō est. ¶ Non em̄ statur formā nomie di- cimus eius ex quo forma est orta, nec eius etiā ex quo est

1. p. in formis fo-
Suris earū acce-
ptioibus atq; pna-
tioibus nō cōsistit
alteratio.

aliquid
abreuiat ab
das quibus

videtur

pbō 3.

202.

pbō 1.

pbō 2.

aliquid
abreuiat ab
das quibus

LIBER SEPTIMVS PHISICOR VM

pyramidis aut lectice figura, pyramidē aut lecticam, sed denominātes, aliud eneū aliud terreū aliud ligneū appellamus. At id qd' alterat dicimus. Ipsum em̄ æs humidū esse dicimus, aut calidū, aut durū. Et nō solū hoc pacto, sed etiā ipsum humidū atq; calidum esse dicimus æs, affectus noie materiā nuncupantes. Cum igitur id quidē ex quo est forma & figura & id qd' est ortū figurarū nomie nō dicatur, Id vero qd' alterat noie dicatur affectum patet alterationē in solis sensibilibus esse.

16. ¶ Præta absurdū est & alio modo dicere. Dicere nanq; pbō 7, hominē alteratū esse, vel domū sumpto sine ridiculū est. Si pfectionē domus, aut parietes aut tegulam alterationem esse diximus, & si cū parietib⁹ domus claudit^r aut tegitur ipsam dixerimus alterari.

2^o. neq; in corporis habitibus neq; animi, pprie alterationē locaueris

17. ¶ Patet autē alterationē in hisce nō esse, quæ generant^r Atq; nec in habitibus alteratione est. ¶ Habitus em̄ virtutes ac vicia sunt. Virtus autē omnis & vicium ad aliqd est, quæadmodū sanitas temperatio quædā est calidorū ac humidorū aut interiorū aut ad cōtinens. Similiter & pulchritudo & robur ad aliqd sunt. Sunt em̄ dispositiōes quædā eius qd' prestantissimū est ad id qd' est optimum. Atq; id prestantissimū dico, qd' cōseruat ac circa ipsam naturam disponit cū igitur virtutes qdē ac vicia sint ex hisce q̄ sunt ad aliqd. Hæc autē gnatiōes nō sunt nec ipsorū sit gnatio nec alteratio omīno, patet circa habit⁹ alterationes nō esse.

18. ¶ At vero neq; circa virtutes animi vitiaq; alterationes esse videtur. Virtus nanq; pfectio quædam est. Vnūq; dç

em maxime tū est pfectū, cū ppriam virtutē est consecutum, & maxime secūdū naturam. Sicut circulus tunc maxime scdm naturā est qn maxime circulus est. Vitiū vero corruptio est horū atq; remotio.

pbō 2. 16. ¶ Fit igitur cū aliud alterat virtutis acceptio vitiūq; delectio, neutrū tamē horū est alteratio. Alterari aut aliud inde patet. Nam virtus quidē aut affectuū est vacuitas, aut eorūde mediocritas quēdā. Vitium aut est omnis affectuum cōcitatō, aut est p̄turbatio virtuti cōtraria. ¶ Atq; omīno sit vt virtus morū in voluptatib⁹ doloribusue cōsistat. Voluptas em̄ aut cū agim⁹ aut cū recordamur aut cū speramus effici solet. Atq; si cū agimus, puenit sensus est causa. Si cū recordamur aut speramus, ab ipso rursus efficitur. Afficimur em̄ voluptate, aut recordātes ea quę nos delectarūt, aut sperātes euenire ea quę nos afficient

20. ¶ Atqui neq; ad partē intellectuā ani (voluptate, 3^o intellectus p̄tis habitus altera

pbō 1. me affectio accomodat. ¶ Sciens em̄ maxime ad aliqd dicitur. Hoc aut ita esse p̄spiciū inde fieri potest, p nullam nanq; potentiā motis sit in nobis sciētia, sed prius aliquo orto. Experientia nanq; particulariū scientiā vniuersalē

pbō 2. consequit. ¶ At neq; ipsa operatio generatio est, nisi visio nem tractūe generatiōes q̄spiam dixerit. Tale est em̄ ipsa operatio. Acceptio aut a principio scientiæ nō est generatio, nec alteratio. Ex eo nāq; q̄ p̄turbatiōes sedant atq; tranquilla sit anima, sciens quispiā atq; prudens euadit. Quēadmodū igitur cū experrectus est quispiā dormiēs aut cū ab ebrietate sese recipit, aut cū a morbo conualuit

LIBER SEPTIMVS PHISICORVM

non factus est tunc sciens, q̄q̄ antea nō uti scientia poterat operariq; p̄ eam, sed extincta p̄turbatōe menteq; iam inde ad tranquillitatē redacta aptus ac idoneus ad scientiā vltim euasit. Sic etiā cū a principio oritur in nobis sciētia simile qd sane fieri solet. Fit em̄ p̄turbationis sedatio qes atq; tranquillitas quādā, accidit eodē & id qd̄ in pueris natura fieri solet. Non em̄ discere pueri neq; p̄inde sensib^o atq; ii q̄ sunt p̄uecti magis ætate discernere possunt, est em̄ yehemens in eis turbatio atq; motus. Sedant aut̄ nō nunq̄ a natura nōnunq̄ ab aliis desinūtq; turbari, atq; in vtriusq; fit vt aliqd̄ alteref̄ p̄inde atq; cū aliqs̄ expertus fa-

4.º. solum s̄m sensibiles qualitates pp̄rie sumenda alteratio est

ctusq; sobrius aptus ad operationē euadit. ¶ Patet igitur alterationē in sensibilibus & in parte animę sensitiua, & nullis in aliis nisi p̄ accidens esse.

TRACTATVS TERTIVS de motuū cōparatiōe.

¶ Capitulū primū in quo ostēdit q̄ motus sint com-

ZI. parabiles adinuicem.

Dubitatio.

1.º. nō om̄is motus om̄i motui cōparabilis existit.

Dubitabit aut̄ q̄sp̄iam si sit om̄is motus om̄i motui cōparabilis nec ne. ¶ Nam si sit atq; id p̄bō. 1. celeritas sit, æque qd̄ in tpe equali spaciū transit equalē erit aliqua circūferentia equalis lineę recte, & maior etiā atq; minor. ¶ Preterea alicui lationi alteratio erit equalis, p̄bō. 2. cū in equali tpe aliud fuerit alteratū aliud latū. Affectus ergo longitudini erit equalis, at esse nō potest. At em̄ cū in æquali tpe quippiā p̄ æqualē mouet̄, tū illud equæ celerē est. Affectus ȳo nullus longitudini est equalis. Quare non erit alteratio lationi equalis, nec minor quo fit, vt

non omnis motus sit comparandus.

22. ¶ Sed in circulo recta q̄ linea quoniam accidet modo. *Instantia 1*

Nam absurdū est, si non sit, vt hoc similiter sup circulo, & hoc sup recta linea moueat. Sed cōtinuo celerius alterū

aut tardius moueri neesse est, quasi hoc sit decliue, illud

23. ¶ Preterea nihil refert ad ratiōem si q̄spiam ne cessitatē dixerit esse celerius cōtinuo aut tardius moueri. *Instantia 2*

Eit em̄ circūferentiā maior & minor linea recta, quare

& equalis. Nam si in eodē. A. tpe hoc quidē. B. illud vero

C. lineam p̄transiuit. Maior erit B. linea p̄fecto ipsa linea C.

Hoc em̄ pacto celerius mobile diffiniebatur. Et si in

minore igitur equalē transierit, celerius erit, quare pars

quædā erit t̄p̄is. A. in qua celerius mobile partē aliquam

transit ipsius circūferentiæ. B. toto in tpe mobili tardiore

transiente totam lineam. C.

24. ¶ At q̄o si cōparabilia sint, accidit id qd̄ nup̄ est dictū,

lineam inquā rectam æqualē circūferentiæ esse. At cōparabilia nō sunt nec igitur motus ipsi cōparabiles sunt.

¶ Sed vt videtur ea cuncta cōparabilia sunt, que nō equiuo

ca sunt. Veluti cur cōparabilia nō sunt stilus & vinū, aut

ultima fidium, vtrū acutus sit. Quia namq̄ equiuoca sunt,

ideo cōferenda non sunt. Sed vltima fidium & penultima

cōparabiles sunt, q̄a acutū idem significat in vtriusq̄. Non

igitur idē est celerē hic & ibi & multo etiā minus in alte

25. ¶ An id verū nō est si nō equiuo (ratiōe a clatione. *Obiectio.*)

ca sint cōparabilia esse. Multū em̄ idē in aere atq̄ aqua si

gnificat. Comparabilia tamē nō sunt. Quod si hoc nō sit,

LIBER SEPTIMVS PHISICOR VM

At duplū est vnū. Est em̄ id qđ rationē duorū habet ad vnum nō tamē comparabilia sunt.

18.

26. ¶ An & in his eadē est ratio. Nam & ipsum multū æquocū est. Sed sunt quorū & ratios æquiuocę sunt, ceu si quispiam dicat multū id esse qđ est tantū ac vltra, & æquale æquiuocū, & si forte fuerit & ipsum cōtinuo vnū. Qđ si hoc est æquiuocum & ipsa etiā duo æquoca sunt

27. ¶ Nam cur alia cōparabilia, alia nō cōparabilia sunt, si natura est vna. ¶ An quia in alio primo sunt susceptiuo. Equus igitur & canis cōparabilia sunt, vtrū ipsorū albius sit. Est em̄ ipsa superficies idē, in qua primo est ipsa albedo. Et de magnitudine modo eodē. At vox & aqua comparanda non sunt, in alio namq; est susceptiuo.

28. ¶ An hoc pacto om̄ia quęspia faciet vnū. Vnū quodq; autē in alio dicet esse, atq; erit idē æquale & dulce & albū, sed in alio susceptiuo.

29. ¶ Præterea susceptiuū nō est qđuis, sed vnum vnus primū. ¶ At videtur, nō solum ea quę cōparant nō æquiuoca esse, sed etiā nec id qđ inest, nec id in quo inest differentiam habere oportet. Dico autē hoc modo. Color habet diuisionē. Nō igitur hoc ipso fit cōparatio veluti vtrū magis sit coloratū non aliquo colore, sed colore vt color

25. Ut motus equi veloces dicantur. nō sufficit eos eodem tempore fieri
De motu localium comparatio.

est, sed albedine fit. ¶ Sic igitur & circa motū id est equæ celere, qđ in equali tpe p̄ æquale est motū, tantū inquam
30. ¶ Sed si aliqd fuerit alteratū, aliqđ longitudinis huiusmodi latum, erit ne equalis hæc alteratio latiori, atq; eiusdē celeritatis, at absurdū est sane & causa est, species motū

TRACTATVS TERTIVS.

94

habere. Quare si ea quæ in æquali tpe p æqualē longitu-
dinem lata sunt, æqualis celeritatis sint recta linea cir-
cūferentiæ erit æqualis. Vtrū igi huius est causa, vtrū la-
tione an lineam genus esse. Tempus em semp est idē ac
individuū specie. An simul illa specie differūt. Ete m latio
species habet, si id sup quo fit motus species habet. Præ-
terea si id qd fit motus specie differat, latio quoq; erit di-
versa. Veluti si pedes sint, ambulatio est, si alæ volatio. At
non hoc est figuris alia est latio. ¶ Quare quæ in æquali
tempe magnitudinē eandē transeunt, ea celeritatis equa-
lis sunt, eandem autē non differentē specie, quæ si est &
motus non diuersus specie erit.

Roz.

31. ¶ Quare cōsiderandū est quenā sit differentia motus.
Atq; hic sermo significat genus ipsum nō esse qd vnum
sed ob hoc multa latere. Equocationū aut aliæ nimīū di-
stant. Alię sunt similitudinē quandā habent. Aliæ sunt p
pinque aut genere, aut similitudinē ratiois, quapropter
& si equocationes sunt, nō esse tamē vident. Quādo igi
diuersa est species. Vtrū cū id est in alio, an cū aliud i alio
est, & quænā est diffinitio aut quonā, diiudicabimus idē
album vel dulce ant aliud esse, ex eo nec qa in alio diuer-
sum apparet, an ex eo qa omīno nō idē est.

32. ¶ At vero quonā modo alteratiōes eque celeres sint, De pparatione ala-
Si igi sanari est alterari, fit aut vt alius celerius, alius tar-
dus sanet, & alig simul. Sunt alteratiōes profecto celerit-
tatis equalis, in tpe nanq; equali sunt alterati. ¶ Sed quid Obiectio,
est id qd ad alterationē accomodat, ¶ Non em dicit hic R.

LIBER SEPTIMVS PHISICORVM

equale sed vt æqualitas in quantitate, sic similitudo dicitur
 hic. Verū sic cū æqualitate tēpōis idē, in quo celeritas altera
 tiōis equa cōsistit. Vtrū igit̃ eo in quo est affectus an ipso
 affectu comparare alteratiōes oporteat. Atq; hic quidē
 eandē sanitatē esse, q̃ nec magis neq; minus sed similiter
 inest, sumere licet. Sed si affectus alius sit, vt si hoc deal-
 betur, illud sanet̃ his nihil est idē, vel equale, vel simile, vt
 hæc alterationis species faciunt, nec vna est alteratio sicut
 nec ibi latitudo. Quare sumēdū est quot alteratiōis & quot
 itē latitōis species sunt. Si igitur ea q̃ mouent̃ specie diffe-
 runt, quorū motus p se sunt, & non p accidens, & motus
 sane specie different. Si genere genere, si nūero nūero.

Obiectio.

℞.

**De gñationum et
corruptionū ppar-
ratione,**

33. ¶ At si alteratiōes sint æque celeres vtrū ad affectū si
 fit idē vel similis, an ad id qd̃ alterat̃ respicere oporteat,
 veluti si huius quidē tantū, huius autē tm̃ sit dealbatū. ¶ An
 ad vtrūq; atq; eadē est aut alia, si idē aut alius sit affectus,
 æquales vero aut inequalis, si equale aut inequale sit illud.

34. ¶ In generatiōe etiā & corruptiōe idē cōsiderandū est.
 Quonam modo est eque celeris atq; celerior generatiō.
 An eque celeris est, si in equali tēpōe generet̃ idē ac indiui-
 duum vt homo, sed nō animal, celerior autē si inequali di-
 uersum. Non em̃ habem⁹ q̃nam sint ea duo, in qbus est
 ipsa diuersitas. Quāadmodū habemus ea ī qbus est ipsa
 dissimilitudo. Qd̃ si substantia nūerus est, plus erit, & mi-
 nus nūeri speciei eiusdē. Sed ipsum cōmune noīe caret
 atq; vtrūq; quale est. In qualitate quidē plus affectus aut
 excedens magis, in quantitate aut maius.

Generatio

est in equali

tempore

generatio

est in equali

tempore

generatio

est in equali

tempore

generatio

est in equali

tempore

¶ Capitulum secundum in quo ostenditur quomodo motus comparantur adinuicem.

35

O

Vm autem omne quod mouetur, & aliquid semper moueat, & in aliquo & usque ad aliquid. Atque in aliquo dico, quia in tempore. Usque ad aliquid, quia per quantitatem aliquam mouetur. Semper enim simul mouetur ac mouitur. Quare quantitas quaedam erit per quam est motus atque in quanto. Hanc inquam

Septem operationes
num mouetur in 2 motu
bilibi regulas

1 regu

cum ita sunt. ¶ Si A. quidem sit id quod mouetur. B. vero id quod mouetur & C. sit longitudo per quam & D. tempus in quo est motum. In tempore nimirum aequali, potentia equalis A. dimidium

2

ipsius B. per duplum mouebit ipsius C. ¶ Per ipsum autem C. in dimidio temporis D. sic enim erit rationis similitudo

3

36. ¶ Et si potentia eadem hoc in hoc tempore per tantum spacium moueat, per ipsius etiam dimidium idem in dimidio sane mouebit

4

¶ Et dimidium potentie dimidium, per equale spacium in tempore mouebit aequali. Ipsius enim potentia A. sit dimidium F. & ipsius B. sit dimidium G. Vires igitur ad pondera similiter sese habent ut patet. Quare per equale in tempore mouebit at equali.

5

37. ¶ At si F. moueat ipsum G. in tempore D. per longitudinem C. non necessario sit ut F. in equali tempore duplum ipsius G. moueat per dimidium spacium C. ¶ Si igitur A. per C. spacium totum in

6

D. tempore B. mouebit dimidium ipsius A. quod est F. non mouebit idem B. totum in D. tempore, aut in eius aliqua parte per aliquam C. spacium partem que ratione eandem ad totum habebit. C. quam F. pars vel aequis alia ad totam A. potentiam habet. Omnino enim si forte fuerit nullam partem mouebit. Non

LIBER SEPTIMVS PHISICORVM

enim si tote vires quppiam p tantū mouerūt spaciū, dimi-
 dium ipsarū per quantūuis spaciū quouis in tpe idē mo-
 uebit. Nam vnus eam trahet pfecto nauim, quā centum
 traxere si vires eorū tam in ipforū numerū, q̄ in spaciū di-
 uidant partes, q̄ nauim om̄es simul traxere. ¶ Quaprop Lōr
 ter Zenonis ratio nō est vera, qua cōcludit quāuis partē
 miliū facere sonū. Nihil em̄ phibet, vt nullo in tpe eū mo-
 ueat aerem, quē totus modius mouit cū cecidisset. Neq̄
 pars si p se fuerit id mouebit, qd̄ vna cū toto mouere po-
 test neq̄ est em̄ pars vlla nisi potentia in toto.

38. ¶ Si v̄o duo quēdā seorsum p tantū spaciū tanto in tpe 7
 duo seorsum pondera mouēt, & cōposita p longitudinē
 æqualem æqualiue in tempore compositum ex ponderi-
 bus vtriusq̄ mouebunt. Est em̄ in eis eadē ratio.

*Has cōparatiōis
 monētū ad mobi-
 liaregulas appli-
 cat cōsimiliter ad
 alios motus.*

39. ¶ Sunt ne igitur eadē & in alteratiōe atq̄ accretione.
 Est em̄ aliqd̄ id qd̄ auget, & id etiam qd̄ augetur atq̄ in
 tēpore tanto & tantū, aliud auget, aliud auget. Et id qd̄
 alterat, & qd̄ alterat̄ similiē est aliqd̄ & tantū intensiōe re-
 missiōeue est alteratū, & in tpe tanto. In duplo duplum
 & duplū in duplo. Dimidiū aut̄ in dimidiō tēporis aut̄ in
 dimidiō dimidiū, aut̄ in æquali duplum. Si vero id qd̄ al-
 terat aut̄ auget tantū i tanto auget aut̄ alerat nō necesse
 est & dimidiū in dimidiō & in dimidiō dimidiū alterare
 vel augere. Sed nihil si forte fuerit alterabit vel augebit
 quēadmodū & in pondere

¶ Explicite liber septimus

¶ Incipit liber octauus phisicorū. Aristotelis de primo
 motore, & primo moto, & primo mobili.

TRACTATVS PRIMVS in quo premittit motū
esse sempiternum.

¶ Capitulum primū in quo ostendit secundū suam opini-
onem motus sempiternitatē.



Artus ne aliquando est motus Questio
anteaq̄ nō erat, rursusq̄ adeo cor-
rumpit̄, vt nihil p̄cinitus mouea-
tur, an neq̄ factus est neq̄ corrū-
pitur sed semp erat, & semp erit.
Atq̄ hoc hīce quæ sunt imortale
ac incessabile inest q̄si sit vita que

dam is vniuersis quæ natura constant. Motū igitur om-
nis inquit̄ esse, q̄ de natura aliqd̄ dicūt, tū q̄a mundū faci-
unt, tū q̄a cōtemplatio ipsis om̄is est de gnatione corrup-
tionēue quā impossibile est esse, si non sit motus, verū q̄
mūdos infinitos esse, & alios ipsorū fieri, alios corrumpi
dicunt, ii motū inquit̄ semp esse. Sint em̄ generatiōes &
corruptiōes ipsorū, cū motu necesse est. Qui v̄o mundū
aut vnū & semp eundē esse dicunt, aut vnū quidē sed nō
semp, ii de motu quoq̄ similiter opinant̄

2. ¶ Si igitur cōtingit aliquādo nihil moueri dupliciter, id
accidere necesse est. Aut em̄ vt Anaxagoras censet. Di-
cit em̄ cū om̄ia simul essent atq̄ quiescerent, tpe infinito
mentem nouisse ac segregasse. Aut vt Empedocles dicūt
inter dū res moueri, interdū q̄scere. Moueri quidē, cum
aut vnū ex multis concordia, aut ex vno multa discordia
facit. Quiescere vero i hisce t̄pibus quæ inter hæc media

Quatuor anti-
quorū de hac re op-
iniones.

Handwritten notes in the right margin:
Aristoteles
motus
et cetera
et cetera

Handwritten notes in the middle margin:
Sed dicitur
et cetera

Handwritten notes at the bottom right:
Per se patet.

LIBER OCTAVVS PHISICORVM

cadunt. Dicit em hoc modo. Nam quo de multis nasci co
stauerit unu. Atq; iteru ex vno gnato plura renasci. Hoc
sunt fixumq; sibi no pmanet euu. At quo mutant nunq
cessante recursu. Hoc sic ppetuo stabile versant in orbē.
Cum em dicit. At quo mutant nunq cessante recursu, id
Empedoclem arbitrandu est intelligere, hinc inquā illuc
& illinc huc fieri motum.

3. ¶ Considerandū est igitur de hoc quonā modo se habet. Cōz.
Est em operepreciū hanc pspicere veritatē, & nō solū ad
naturalē contēplationē sed & ad eam doctrinā quē circa
principiū primū versatur vehementer conduit.

4. ¶ Ex his aut ordiemur, quæ prius a nobis in libris natu
ralis scientie sunt definita. ¶ Dicim⁹ itaq; motū ipsius mo.
bilis hoc actū esse, quo mobile est. ¶ Necesse est ergo res
ens esse, quæ vnoquoq; motu moueri possunt & sine defi
nitiōe etiam motus quis, pfecto fatebit necessariū esse id
moueri qd' singulis motib⁹ moueri potest, ceu alterari q
dem id qd' est alterabile, ferri aut id qd' loco mutabile est
Quare sit antea cōbustibile q̄ cōburatur, & combustiū
antea q̄ comburat oportet.

5. ¶ Igitur & hec ipsa necesse est, aut si nō erant aliquādo
facta esse, aut perpetua esse.

6. ¶ Si igitur vnūq; dē mobiliū ac motiuorū est factum, ne
cessē est ante motū acceptū aliā mutationē motūq; fuisse
Quo qdē ortū id est, qd' aut moueri, aut mouere potest.

7. ¶ Sin semp erant motus, tamē nō erat absurdū & ex se
se quidē si animi aduertat videt magis tñ si pliciscamur.

*Et nota qd' vna
ppositio dicitur*

*Diffinitio
motus*

*1.º. motus nō in
cepit: ita vt añ ip
sum nullus pcesse
rit motus.*

*Non solū motus
pfectus, sed motus
in se ipso, et
motus in se ipso,
pfectus, et
motus in se ipso,
pfectus, et*

ptō i

TRACTATVS PRIMVS.

ulterius hoc necesse est euenire, nam si quedā sunt mobi-
lia, quedā motiua, & interdū est actu qd primū mouens,
& aliqd qd mouet interdū nihil, sed gescit, hoc prius mu-
teretur oportet. Erat em̄ aliqd causa, pfecto quietis. Quies
em̄ est priuatio motus. Quare ante primam mutationē

pbō 2. 8. ¶ Nam quedā vnice, quedam (mutatio prior erit.
& motib⁹ cōtrariis mouent. Ignis nancq̄ calefacit sed nō
frigefacit. At scientia vna cōtrariorū esse videt̄, illic etiam
simile qd esse videt̄. Nam frigidū verſum quodāmodo
atq̄ abiens calefacit sicut & hiſce q̄ ſcit peccat ſua ſponte,
cū econtra ſcientia vtitur. Verū ea quæ agere aut moue-
re, & ea quæ pati aut moueri poſſunt, nō om̄ino hoc poſ-
ſunt, ſed ſi ſiſe habent atq̄ ad p̄p̄inqua ſibi euadūt, qua-
re cum id fuerit, aliud mouet aliud mouetur, & cū id eue-
nerit vt aliud ſit mobile aliud motiuum.

9. ¶ Si igitur nō ſemp mouebat̄ nō ita ſeſe habebāt, vt al-
terū mouere, alterū moueri poſſit vt patet. Sed alterū ip-
pbō 3. ſorū mutari oportebat. ¶ In hiſ em̄ quæ ſunt ad aliquid id
accidere necesse est. Veluti ſi duplū nō erat, & nunc du-
plum euafit. Si non vtrūq̄, alterū ſaltem mutātū eſſe ne-
ceſſe eſt. Erit ergo quedā mutatio prior prima.

pbō 4. 10. ¶ Inſup quonā modo prius atq̄ poſterius erit, ſi nō ſit
tēpus, aut tēpus ſi non ſit motus. Qd̄ ſi tēpus numerus
motus, aut quidā ſit motus ſi tēpus eſt ſemp & motū per
petuū eſſe necesse eſt. At de tpe vn̄iueſi ſi præter vnū con-
ſentire vident̄. Om̄nēs em̄ tēpus ingunt ingenitum eſſe.
Atq̄ p̄ hoc Democritus impoſſibile eſſe demōſtrat om̄

LIBER OCTAVVS PHISICORVM.

inia esse facta, tēpus em̄ dicit non esse ortū. Plato vero so-
lus ipsum ortum esse ait etem̄ vna cū cēlo dicit ipsum or-
tum fuisse, cælumq; factum asserit esse.

II. ¶ Quod si impossibile est quidē est tēpus esse ac intel-
ligere sine nūc ipso. Nunc autē ipsum mediū est quoddā
principiū sim̄ ul finisue subiens rationē principiū quidē fu-
turi, finis vero transacti, tēpus sit semp̄ pfecto necesse est
Ultimū nāq; tēpus eius qd̄ sumptū extremū est in aliquo
ipso nunc erit. Nihil em̄ in tēpore præter nunc ipsum
accipi potest. Quare cū ipsum nūc principiū sit atq; finis,
citra ipsum, ac ultra, tēpus sit semp̄ necesse est. At si tēpus
semp̄ esse necesse est, patet & motū necessario semp̄ esse
Quippe cū tēpus affectus sit quidā ipsius motus vt paruit

IZ. ¶ Eadē erit ratio & qua motū corrupi nō posse
tur. ¶ Nam vt si motus ortus esse dicat, sit vt prima muta-
tione sit aliqua prior, sic hic fiet vt vltima mutatiōe poste-
rior aliqua sit. Non em̄ moueri desinet, & esse mobile si-

2^o vt neq; factus
incept. ita quoq;
neq; interitus est
vnq; vt ne vllus se
quatur.

Non simul de motu
quæritur.

mul, ceu cōburi, & cōbustibile esse. Esse nāq; cōbustibi-
le potest & nō cōburi. ¶ Nec itē desinet simul mutatiū

IZ. ¶ Et ipsum aut corruptibile cor-
ruptum fore oportebit, cū corrupit, & post hoc rursus id
qd̄ huius est corruptiū. Corruptio nāq; mutatio qua
dam est. Qd̄ si hæc fieri nō possunt, patet motū ppetuū
esse. ¶ Et nō aliquādo esse, aliquādo nō esse. Etem̄ ita dice-
re potius simile est figmento.

3^o Anara. 2^o em̄
pedo. haud conue-
niēter mundū esse
factum asserere vi-
dentur.

IZ. ¶ Et itē dicere sic esse aptū, atq; hoc oportere principi-
um esse putare qd̄ quidē Empedocles dixisse videt, re-

Empe-
docles
dixisse
videt

bus inquā cōpetere necessario, vt nūc cōcordia, nunc discōrdia vincat, ac eas moueat, in medio v̄o tpe q̄scant.

15. ¶ Forasse etiā & hi principiū vnū faciūt vt Anaxagoras hoc dixerūt modo. ¶ At vero nihil eorum quę natura scdm̄q̄ naturam fiunt ordine vacat, natura nanq̄ vn̄uersis est ordinis causa. At finitū nullā rationē habet ad infinitū. Omnis vero ordo ratio est. Infinito aut̄ q̄scere tpe, deinde aliq̄n moueri, huiusq̄ differentiā nullā, cur nunc magis q̄ prius, nec vllum ordinē esse, nō est p̄fecto ipsius opus nature. Nam id qd̄ natura fit. Aut simpliciter sese habet, vt ignis sursum natura fertur, & nō interdum sursum interdum non sursum. Aut rationē habet si nō simpliciter se habet eodēq̄ modo. ¶ Quocirca præstabilius

Lōparatio.

est rem ita sese habere vt empedocles, & si q̄s alius ita dixit, interdū inquā q̄scere, interdū moueri. Tale em̄ ordinem iam quēdam habere videt̄. ¶ Verū & eū q̄ ita dicit, non solum id dicere sed ipsius causam etiā afferre, & non ponere neq̄ censere vllam sine ratione sententiam, sed aut inductionē aut demonstrationē afferre opottet. Ipsa em̄ quę sunt supposita nō sane cause sunt, neq̄ hoc erat concordie vel discordie esse sed illius quidē cōgregare, huius disgregare officium est. Qd̄ si insup assignauerit ipsum interdū dicendū est & in q̄bus sic sit, ceu esse apud nos aliqd̄ qd̄ congregat hoies amicitia inquā, & esse etiā aliqd̄ qd̄ inimicos seiungit, inimicitia inquā. Hoc em̄ & in ipso toto esse supponit. In q̄busdā em̄ sic esse videtur. Per æqualia vero ita fieri tēpora alicuius indiget ratiois.

LIBER OCTAVVS PHISICORVM

Omniño aut hoc principiu sufficiens esse putare, semp in qua esse sic, aut fieri, non recte sese habet, ad quod Democritus causas naturales reducit, sic inquit & prius fiebat. Ipsius aut semp non querere principiu censet. In quibusdam hoc recte dicens, in omnibus aut non recte. Etem triangulus suos angulos duobus rectis semp equales habet. Attam eternitatis huius est alia causa. Principioru tamē que quidē sunt perpetua non est alia causa. Tot igitur a nobis sint dicta, quibus iam patet nullu unquam fuisse vel fore tempus, quando non erat, aut non erit tempus.

¶ Capitulum secundū, in quo soluit ea quæ in contrariu obiciuntur quod motus non sit sempiternus.

Tres rationes non esse motu perpetuo probantes.

16 **A** vero quæ sunt hisce contraria non est difficile soluere, nam ex hisce videbitur posse maxime motu esse ortum, & antea nunquam fuisse.

¶ Primo quia nulla mutatio perpetua est, omnis namque mutatio suapte natura e quopiam ad quippiam est. Quare mutationis omnis finis sint ea contraria inter que fit, & nihil in infinitum moueatur necesse est.

17. ¶ Deinde videmus id posse moueri, quod neque mouetur, neque motum in se vllum habet. Quod intueri licet in expertibus anime quorum neque pars vlla neque totum mouetur.

Sed quæsentia aliquando mouentur. At oportebat aut semper aut nunquam moueri, si non oritur primo motus, sed semper erat. ¶ Multo aut magis hoc in ipsis animantibus patet, nullus enim interdum in nobis est motus sed quæscimus, & tamen aliquando mouemur, & fit in nobis a nobis ipsis prin

TRACTATUS PRIMVS.

cipium motus, etiã si nihil prorsus extrinsecus mouerit.

Hoc em̄ exptibus animẽ fieri similiter non videmus, sed

semp̄ aliqd̄ aliud eorũ quẽ sunt extra ipsa nimirũ mouet.

Animal aut̄ ipsum dicim⁹ seipsum mouere. Quare si ali-

quando om̄ino quiescat. Fiet in ipso sane imobilĩ motus a

seipso, & nõ ab vilo extremo. Qd̄ si id in aĩali fieri potest,

qd̄ phibet vt in vnũuerso etiã idẽ fiat, nam si in paruo fit

modo & in magno etiã fiet, & si in isto, & in infinito etiã fiet,

si modo fieri possit vt in infinitũ totũ moueat atq; quiescat.

18. ¶ Hoc igitur id qd̄ primo est dictũ, eũ inquã nõ eun-

dem semper vnũq; numero motũ esse quo ad opposita

itur, recte admodũ dicitur. Hoc em̄ fortasse necessarium

est, si fieri nequeat vt semp̄ is vnus idẽq; sit motus, q̄ vni-

us eiũsdẽq; mobilis est. Dico aut̄ vtrũ vnus idẽq; sit sonus

vnus chordẽ quã similĩ sese habet, atq; mouet, an aliũs

atq; aliũs semp̄. Verũ tñ vtrouĩs modo id̄ sese habeat ni-

hil obstat, vt hoc motus aliq; idẽ sit quo cõtinu⁹ atq; ppe-

tuus est. Atq; hoc p̄ ea quẽ posterius dicent̄, magis patet.

19. ¶ Moueri aut̄ quippiã qd̄ prius nõ mouebat nõ est ab-

surdum, si nunc adsit, nunc nõ adsit id̄ extremũ qd̄ illud

mouet. Hoc tamẽ quærendũ est. Quonã sit pacto idẽ in-

quam ab eodẽ motiũo nunc moueri nũc nõ moueri. Ni-

hil em̄ aliud dubitat qui id̄ dicit q̄ cur non semper aliq; re-

rum quiescunt, aliq; mouentur.

20. ¶ Maxime vero tertium illud dubitationẽ habere vi-

debit̄, p̄pterea q̄ fit motus nullo alio precedẽte, id̄ inquã

ipsum, qd̄ in animã ub⁹ fieri solet. Nam animal prius qui

Predictorũ trinuũ
rationũ solutiones

[Marginal notes in Latin script]

[Marginal notes in Latin script]

LIBER OCTAVVS PHISICORVM.

escens postea mouet ac ambulat a nullo vt videt exter-
 no motu impresso. Hoc aut est falsum. Cernim? em sem-
 per aliqd eorū quæ natura insunt in animali moueri. Hu-
 ius aut motus causa nō animal est, sed ipsum fortasse cō-
 tinens. At animal ipsum seipsum mouere dicimus, non
 omni motu, sed eo q ad locū accommodat, nihil igitur pro-
 hibet, quin potius fortasse necessariū est, complures a cō-
 tinenti in corpore fieri motiōes, & harū nōnullis mentē
 vel appetitū moueri. Hęc verō totum iam animal ipsum
 mouere. Quale accidit circa somnos. Nam tametsi nul-
 lus tunc sensitiuus in animalibus inest motus inest tamē
 aliquis motus, & animalia rursus expergiscuntur. At
 enim hæc per ea quæ sequunt patebunt.

TRACTATVS SECVNDVS in quo ostendit q mo-
 tus primus est sempiternus, & q primum mo-
 uens est omnino immobile.

¶ Capítulum primū in quo ponit sub quæstione quandā

21. **D**iuisionē quinq; membrum. (Sensu qd dicitur)
 Rincipium aut consideratiōis id erit, qd fuit
 & dubitatiōis. Cur nō aliqua eorū que sunt distinc
 interdū mouent, interdum qescunt. Necessē est itaq; aut
 vniuersa semp qescere, aut vniuersa semp moueri, vt He-
 raclitus, aut quædā moueri quædā qescere. Et horū rur-
 sus aut ea quæ mouent semp moueri; & ea que qescunt
 semp qescere. Aut vniuersa esse apta simul vt moueant
 atq; qescant, aut id esse qd restat, atq; tertiu est. Eorū inq;
 quæ sunt alia semp immobilia esse, alia semp moueri, alia

vrūq; moueri in quā atq; gescere posse, qđ quidē a nobis dicendū est, hoc em̄ eorū omniū quæ dubitant solutiōnem habet & huiusce nostræ tractationis est finis.

pbō 1. 22. ¶ Vniuersa itaq; censere gescere & huius quærererationem ipsū post habendo sensum imbecillitas est pro
 1^o nō omnia semp
 quiescunt

pbō 2. secto mentis ac hebetudo. ¶ Et de toto quodā sed non de parte quadā est controuersia. Neq; solū est aduersus philosophū naturalem, sed aduersus etiā omnes scientias vt simpliciter dicam opinionesq; omnes. Propterea qđ omnes motu vtunt.

pbō 3. ¶ Preterea vt inficiatiōes principiorū in ratiōibus mathematicis nō ad ipsū mathematicū perti-

pbō 4. nent, in ceterisq; simili modo ¶ Sic neq; id ipsum resellere quod nunc est dictū ad naturalem philosophū attinet, est em̄ apud ipsū hoc suppositio, naturā principii mo-

pbō 1. tus esse. ¶ Asserere autē cuncta moueri est quidē fere falsum at minus scientie nateralis lines egredit. Quāq; em̄ in naturalibus posita est natura motus principii & getis
 2^o nō omnia semp
 mouentur

moti: 23. ¶ Tamen motus naturale magis esse videt. ¶ Atq; in quiunt quidā nō, eorū quæ sunt alia nō moueri, sed vniuersa sempq; moueri, nō tamē videri, sed latere id nostrū sensum. Quibus & si nō distinguunt quonā motu an omnibus dicant non est difficile occurrere. ¶ Falsamq; hanc
 Consutatio,
 sententiā esse ostendere. Fieri em̄ nō potest vt incrementa continuē vel decemēta suscipiātur. Sed est & mediū
 Similitudo
 ipsum. ¶ Est autē hæc sententiā psimilis ei quæ est de con- sumptiōe lapidis a gutta, & de diuisione saxoz; cū a plan-
 tis quæ inde pullulant discidunt. Non em̄ si tantū pepulit

LIBER OCTAVVS PHISICORVM

planta, aut abstulit gutta & dimidiū in dimidio t̄p̄is pepu-
lit aut abstulit pri⁹, sed vt i nauis fit tractu, sic & tantū tot
gutte mouent. Pars aut̄ ipsarū nullo in tpe tantū mouet,
atq; diuidit̄ quidē, id qđ est ablatū plures in partes. Atta-
men illarū nulla seorsum est mota sed totū simul est mo-
tum. Patet igitur nō necessariū esse semp aliquid abire, qđ

diuidit̄ in infinita decretio, sed totū interdū abire. Similit̄
& in quauis alteratiōe dicendū est. Non em̄ si id quod al-
teratur in infinitum est diuisibile, ideo & alteratio fit si

mul p̄ partes, sed p̄ sepe sit vt congelatio. ¶ Præterea cum
quispiam egrotauerit necesse est tēpus in quo sanabit̄ fi-
eri, & nō in t̄p̄is sine mutari, atq; ad sanitatē & ad nihil ali-
ud mutet̄ necesse est. Quare alterari cōtinue dicere reb⁹
est p̄picuis admodū aduersari. Alteratio em̄ ad contrari-
um est transitio. ¶ Lapis etiā neq; durior sit neq; mollior

24. ¶ Atq; de latone mirabile est p̄fecto si lapis latuit de-
orsum ferri aut in terra manere. Præterea terra, cæteraq;
singula corpora necessario suis in locis manēt. Ex his aut̄
violenter mouent̄. Qđ si quādā ipsorū sunt suis in locis,
neq; loco om̄ia moueri necesse est. Ex his igit̄ atq; simili-
bus aliis crediderit qđpiā fieri nō posse vt aut om̄ia semp

3^o nō aliqua sem-
per mouent̄ & aliq;
semp quiescunt.

moueant̄, aut om̄ia semp q̄scant. ¶ At vero neq; fieri po-
test vt alia semp moueant̄; alia semp quiescant, & nihil in-
terdū moueat̄ interdū q̄scat. Atq; dicendū est, vt antea

dicta esse nō possunt sic & hec esse nō posse. ¶ Videmus
em̄ dictas mutatiōes fieri in eisdē. ¶ Et insup̄ is q̄ cōtendit̄
rebus p̄fecto manifestissimis aduersat̄. Neq; em̄ accretio

Marginal note: Quædam cum uno
motu sunt moti
ad hoc ut si motus
seorsum aut si motus
simul.

Marginal note: Quædam seorsim
moti sunt moti
ad hoc ut si motus
seorsum aut si motus
simul.

Marginal note: Quædam seorsim
moti sunt moti
ad hoc ut si motus
seorsum aut si motus
simul.

Marginal note: Quædam seorsim
moti sunt moti
ad hoc ut si motus
seorsum aut si motus
simul.

Marginal note: Quædam seorsim
moti sunt moti
ad hoc ut si motus
seorsum aut si motus
simul.

Marginal note: Quædam seorsim
moti sunt moti
ad hoc ut si motus
seorsum aut si motus
simul.

Marginal note: Quædam seorsim
moti sunt moti
ad hoc ut si motus
seorsum aut si motus
simul.

pbō 3. ¶ Neq̄ violentus motus erit p̄fecto, si non præter naturā

pbō 4. mouebit̄, prius q̄scens. ¶ Præterea gnationē hęc seuten

pbō 5. tia corruptionē tollit. ¶ Pœne aut̄ & ipsum moueri fie-

ri q̄dam vniuersis & corrupi videt̄. At qd̄ em̄ q̄piam

mutat̄. Id sit aut̄ in hoc. Ex quo vero mutat̄ in id corrupi

202. 25. ¶ Quare p̄piciū est rerū esse non. ¶ Citur aut̄ hinc

nullas quæ mouent̄ interdū, atq̄ q̄scunt. Om̄ia aut̄ inter

dum moueri interdū q̄scere censere, hoc iam ad olim di

ctas ratiōes est adiungendū, principiū aut̄ idē cursus qd̄

p̄ius fecimus, post hęc est sumendū quæ modo determi

26. ¶ Aut̄ em̄ vniuersa q̄scūt, aut̄ vniuersa ¶ nauimus. ¶ Recolligit dicta.

mouent̄, aut̄ quæā quiescūt, quædā mouent̄. Et si quædā

eorū quæ sunt q̄scunt, quædā mouent̄ aut̄ cūcta nūc q̄

scant, nunc moueant̄, aut̄ alia semp̄ q̄scant, alia semp̄ mo

ueant̄, alia interdū moueant̄ interdū q̄scant necesse est.

¶ Impossibile igitur esse cuncta q̄scere dictū quidem &

pbō 1. prius est, dicam̄ aut̄ & nūc id ipsum atq̄ pbemus. ¶ Nam

& si vere res ita se habet vt̄ quidā inquit̄, id qd̄ est infini

tum esse atq̄ immobile, nō tantū sensu sic esse videt̄, sed eo

rum quæ sunt cōplura mouent̄. Si igit̄ sit opinio falsa, vel

om̄ino opinio & motus etiā est, & si imaginatio etiā sit, &

si interdū sit, de quibusdā interdū aliter videat̄. Imaginatio

pbō 2. em̄ & opinio motus quidā esse vident̄. ¶ Sed de his qui-

dem cōsiderare & eorū quæ rere rationē quæ melius ha-

bemus q̄ si ratiōis indigeremus hominis est p̄fecto, male

id qd̄ est melius, & id qd̄ est deterius id qd̄ est credibile,

id qd̄ nō est credibile, principiū deniq̄ & nō principium

LIBER OCTAVVS PHISICORVM.

Probatio scde 7
tertie conclusionum

discernentis. Similiter aut est impossibile & omnia moueri, aut alia moueri semp alia gescere semp. Ad hec em omnia vna est sufficiens fides. Videmus em quedam interdum moueri, interdum gescere, quare patet impossibile esse similiter cuncta gescere & omnia continue moueri, ac alia moueri semp alia gescere semper.

27. ¶ Restat igitur cōtemplandū esse vtrū vniuersa talia sint vt moueant atq; gescant an alia quidē talia sint, alia vero semp quiescant, & alia continue moueant. Hoc em iam a nobis est demonstrandū.

¶ Capitulū secundū in quo ostendit quoddā quod est necessariū ad pbationē sequentiū scilicet qd omne quod mouetur, mouetur ab alio.

Morum igitur quæ mouent, & quæ mouentur, alia p accidens alia p se mouent atq; mouent.

Per accidens quidē ea quæ sunt in hisce quæ mouent aut mouentur, & quæ per partē. Per se autē ea quæ mouent aut mouentur, nō ex eo qa sunt in hisce quæ mouent aut mouent, neq; rursus ex eo qa pars aliqua sua mouet aut mouetur.

¶ Eorū aut quæ p se mouent quædam a seipsis, quædam ab alio motu ciuntur. ¶ Atq; alia natura, alia violentia præterq; naturam mouent. Id em qd a seipso mouetur, natura sane mouet, vt animalū vnū quodq;. Animal em a seipso motu ciuntur. Ea vero natura moueri dicimus, quorū principiū motus in ipsis inest. Quāobrem totū quidē animal natura seipsum mouet, corpus tamen & natura & præter naturā moueri potest. Inter est em tali

an tali moueat motu & ex quo magis elemento constet.
 Eorū autē quæ mouent̄ ab alio, quædā natura, quædā præ-
 ter naturam mouent̄. Præter naturā terra sursum, ignis
 deorsum Partes insup animalium sepe numero præter na-
 turam mouent̄ ob positiones motusq; modos

pbō 1. 28. ¶ Atq; maxime quidē perspiciūt id qđ mouet̄ ab alio
 quo motu ciere in hisce quæ præter naturā mouent̄, pro
 pbō 2. pterea qđ ab alio moueri patet. ¶ Postea vero quæ præ-
 ter naturam mouent̄, pspiciūt in hisce quæ natura quidē
 mouent̄, a se autē ipsis motu cientur. In animalibus inquā
 Non est em̄ obscurū si animal ab aliquo moueat, sed quo-
 nam pacto distinguere oportet id qđ mouet̄ ipsius, & id
 qđ mouet̄. Nam vt in nauigiis, & in hisce quæ non natu-
 ra cōstant, sic & in animalibus qđ mouet̄ & qđ mouet̄
 diuisum esse videt̄, atq; hoc pacto totū ipsum animal se-
 ipsum motu ciere. ¶ Maxime vero dubitat̄ reliquū dictæ
 diuisionis vltimo membrū, eorū em̄ quæ motu cient̄ ab
 alio, quædā præter naturā moueri diximus, quædā natu-
 ra moueri, hæc autē sint quæ dubitationem afferūt, a quo
 nam mouent̄, ceu leuia grauiaq; hæc em̄ ad opposita qui-
 dem loca vi pulsa mouent̄. Ad ppria vero leuia quidem
 ad supera, grauia vero ad infera suapte natura feruntur.
 29. ¶ A quonam autē mouent̄. Nam impossibile est a seip-
 sis ipsa moueri. ¶ Est enim hoc officium vitæ ac animantium
 propriū ¶ Consistere etiā a seipsis possent. Nam si quippi-
 am sibi causa sit ambulandi est etiam causa sibi non am-
 bulandi. ¶ Quare si collocatum esset in igne moueri sur-
 210. in omni motu
 discretū diuimq;
 est qđ mouetur, &
 quod mouet

Autonitas
 non mouetur
 per se

Dubitatio.

210. (que dubita-
 tioni respōdet) in-
 anata ab alio mo-
 uent̄: & alterū atq;
 alterū mouens et
 motum est.

T 3.

LIBER OCTAVVS PHISICORVM

pbō 4.

sum, esset in ipso sitū deorsum etiā ferri. Metas quoq;
rationis egredi, & vno motu duntaxat seipsis moueri, si

30. ¶ Præterea qui fieri potest vt ipsa seipsa moueant.
continū qd copulatiue seipsum moueat. Nam quo qd
pīam vnū atq; continuū est non tactu hoc passionis est
expers. Quo vero separatū est eo rimirū aliud agere ali
ud pati est aptū. Neq; ergo quicq; ipso seipsum mouet
quippe cum copulatū sit, neq; aliud continuū vllū, sed in
vnoquoq; diuisum sit, qd mouet, & qd mouet necesse
est qd intueri licet in exptibus anīæ, cū quippīa animan

31. ¶ Verū sit vt hæc etiā semp ab ali. (tūm ipsa mouet,
quo moueant. Quod quidē patebit, si causas diuidamus
atq; licet & in mouētib; ea quæ dicta sunt sumere. ¶ Alia
nanc; præter naturam motiua sunt, vt est vectis motiuus
ponderis non natura. Alia sunt motiua natura, vt calidū

R.

actu, motiuū est eius qd est potentia calidū. Similit̄ & in
huiusce modicateris. ¶ Mobile etiā id est natura, qd est
potentia quale, vel quantū, vel vbi cū in seipso tale prin
cipium, & nō p accidens habet. Erit em̄ idē & quantū &
quale. Sed accidit alterū alteri, & non p se cōpetit. ¶ Ignis
igitur atq; terra mouent̄ ab aliquo, vi quidē, cū præter na
turam natura vero cū sub potētia suos ad actus mouent̄

Declaratio diuisi
onis,

32. ¶ Quoniā aut̄ esse potentia multipliciter dicit̄, hæc est
fane causa vt nō sit pspiciū a quo nam talia moueantur,
vt ignis sursum & terra deorsum. Diuerso aut̄ modo po
tentia sciens est qui discit, & qui iam scientiā habet, & nō
cōtemplatur, cū aut̄ actiuū atq; passiuū sint simul, euadit

distinc

distinc

distinc

interdū id qd' est potētia actu tale, vt id qd' discit, & ex eo
 qd' est potentia sit aliud potentia rursus. Qui nanq; scien-
 tiam habet & nō cōte mplať est potentia quodāmodo sci-
 ens, sed non vt erat anteaq; didicisset. Atq; cū ita sese ha-
 bet, nisi qd' prohibeat, operatur ac cōtemplatur, vel in cō-
 traditione ignoratiōeq; erit. ¶ Simili modo sese habent
 hęc & in ipsis naturalibus rebus. Frigidū em̄ est potētia
 calidum. Cum aut̄ est mutātū, iam est ignis, atq; cōburit,
 nisi qd' phibeat atq; impediāt. ¶ Similit̄ res sese habet &
 circa graue & leue. Ex graui nanq; fit ipsum leue, vt aer
 ex aqua, hoc em̄ erat primo potētia & iam est leue. Atq;
 cōtinuo operabit̄, si non aliqd' obstet. Actus aut̄ leuis est,
 alicubi esse atq; in supero loco. Prohibet̄ q̄o cū est in lo-
 co cōtrario, & hoc similit̄ sese habet, & in quanto & qua-
 li. ¶ Querit̄ igit̄ ppter qd' leuia grauiq; ad sua loca mo-
 uentur. ¶ Est aut̄ causa ipsa apta esse aliquo moueri, atq;
 hoc est ipsius grauis leuisq; esse infero loco supoq; distin-
 ctum. ¶ Leue vero graueq; potentia pluribus est modis,
 vt diximus. Nam cū est aqua, leue potētia quodā modo
 est, & cū est aer adhuc potentia est. Fieri em̄ potest, vt ob-
 impedimentū nō sit supero in loco. Sed si id qd' impedit̄
 fuerit sublatū, operat̄ sempq; superius fit. Similit̄ & qua-
 le ipsum ab actu tale mutat̄. Cōtinuo nanq; contēplatur
 & hisce qui scientiā habet, nisi qd' obstet. Et ipsum etiam
 quantū extendit̄, si nihil sit qd' impediāt. Qui vero id qd'
 sustinet phibetq; dimouit, partim mouet, partim nō mo-
 uet. Vt qui columnam diuellit aut ab vtre q' est in aqua

Declarationes di-
 uisionis ponere.

Subiattur,

R.

LIBER OCTAVVS PHISICORVM.

lapidem prementē dimouit, p accidens em mouet. Quē
admodū & pila reflexa nō a pariete sed ab eo q̄ proiecit
est mota. ¶ Nihil igitur horū vt patuit seipsum mouet, sed
motus quidem habet principiū non mouendi tamē atq̄
33. ¶ Quod si om̄ia quæ mouent̄ (agendi, sed patiendi.
aut natura aut præter naturam & violentia motu cient̄,
& ea quæ vi præterq̄ naturā mouent̄ ab aliquo cuncta,
atq̄ ab alio mouent̄, vt patet, & ea rursus quæ natura mo
uentur ab aliquo motu cient̄, siue a seipsis moueat̄, vt ani
malia, siue non a seipsis, vt leuia grauiaq̄; nam aut ab eo
mouent̄ qd̄ generauit ac leue fecit, vel graue, aut ab eo
qd̄ ea quæ prohibent obstantq̄ dimouit. Vniuersa quæ
motu cientur ab aliquo pfecto mouent̄.

Epilogat.

¶ Capitulum tertium in quo ostendit q̄ necesse est deuenire
ad aliqd̄ primū qd̄ vel sit immobile vel moueat seipsum

1^o. p̄mū monens
posterioribus ma
gis mouet.

ID aut qd̄ mouet est duplex. Aut em non p se
ipsum mouet, sed p aliud, qd̄ quidē id motu ci
et qd̄ mouet aut per se mouet. ¶ Et hoc aut pri
mum post vltimū, aut p plura media mouet, vt baculus
mouet lapidem, & mouet a manu, quæ quidē ab homie
motu ciatur. At is nō vltorius ex eo mouet qa ab alio ip
se motu ciatur. ¶ Vtrūq̄ igitur mouere dicimus, & vlti
mum mouentiū & etiam primū, sed magis primū. Hoc
em vltimū mouet. Sed vltimū primū non mouet & sine
primo qdē vltimū nō mouebit. Sine v̄o hoc primū mo
uere pōt. Baculus em si homo non moueat nō mouebit.

distinc

pbō 1.

pbō 2.

2^o datis monen
tibus q̄buscūq̄; ne

34. ¶ Si igit om̄e qd̄ mouet̄ ab aliquo moueri necesse est, pbō 1.

& aut ab eo qd' mouet ab alio, aut ab eo qd' non mouet cessa est ad aliqd
primū decimbera
in quo fiat status.

ab alio, & si ab eo mouet qd' ab alio motu cietur, mouēs
aliqđ esse primū qđ nō ab alio moueat necesse est. Sin
vero tale est primū, nō necesse est alterū esse, fieri em̄ nō

Lōp.

potest vt in infinitū p̄ficat id qđ mouet atq; mouet ab
alio, quippe cū infinitorū nihil sit primū. ¶ Si igit̄ vt dixi-
mus omne quidē qđ mouet ab aliquo motu cietur, id ve-
ro qđ primū mouet mouet quidē, at non ab alio ipsum
p̄fecto primū a seipso moueatur necesse est

pbō 2. 25. ¶ Preterea hoc etiā rationē hāc eandē transigere licet.

Omne nanq; qđ mouet, & aliqd, & aliquo sane mouet,
aut em̄ seipso, aut alio mouet, vt homo, aut seipso, aut ba-
culo mouet. & aut ipse ventus deiecit, aut lapis quē pepu-
lit ventus. Fieri vero nō potest, vt id quo motus affertur,
moueat absq; eo qđ mouet seipso. Sed si id quidē sit qđ
motū affert seipso, non necesse est aliud esse quo motus
affertur. Sin v̄o sit aliud quo motus affert̄, est aliqd p̄-
fecto qđ quidē nō aliquo sed seipso mouebit, vel in infi-
nitū abibitur. Si igitur mouet quippiā atq; mouet̄ stetur
& non in infinitū, p̄gatur necesse est. Nam si baculus mo-
ueat q̄a mouetur a manu, manus ipsa p̄fecto baculo mo-
tum affert. Quod si manū etiā quippiā aliud moueat, &
illud identidē manu mouet. Cum igit̄ id qđ motū affert
aliud aliquo mouet, tum id sit prius qđ seipso mouet ne-
cessa est. Qđ si hoc motu qđē ciēt, ab alio aut nō mouet,
necesse est ipsum p̄fecto seipsum motu ciere. Quare hac
etiā ratiōe aut ab eo statim qđ seipsum mouet id qđ mo-

LIBER OCTAVVS PHISICORVM

uetur motu cietur, aut ad hoc ipsum tandē acceditur

¶ 2^o, neq; oportet
omne mouens mo-
ueri neq; per acci-
dens neq; p se,

36. ¶ Insup si sic etiā cōsiderabimus eadē accident vniuer-
sa. Nam si omne qd' mouet, ab eo mouet qd' motu cietur,
aut hoc ipsis rebus per accidens, cōpetit, vt quippīā mo-
ueat quidē motū & ipsum suscipiens, nō tamē qā mouet,
aut non p accidens, sed p se inest. ¶ Si igitur p accidens cō-
petit nō necesse est moueri qd' motu cietur. Qd' si id sit,
patet posse aliqn̄ nihil eorū quæ sunt moueri, nō em̄ est
necessariū id qd' accidit, sed potest non esse. Si igitur id
esse posuerimus qd' esse potest nullum accidet impossi-
bile, sed forsitan falsum. At nō esse motū est impossibile.

pbō 1.

Id em̄ iam demōstratū est, motū inq̄ necessario semp esse

37. ¶ Atq; id ipsum cū ratioē etiam accidit. Tria nanc; ne-
cessesse est esse. Id qd' mouet. Id qd' mouet, & id insup quo
mouens mouet. Id igit qd' mouet, moueri quidē necesse
est, at non necesse est motu ciere. Id aut̄ quo motus affer-
tur, & mouere necesse est & moueri. Cū em̄ sit simul cū
eo quod motu cietur, vna cū ipso mutat, qd' intueri licet
in hisce quæ loco mouent, nam aliquo in tpe tangent ea
quæ mouent necesse est. At id qd' ita mouet vt eius non
subeat rationē quo motus afferit, imobile nimirū est. Cū
igitur sit & vltimū ipsum vt cernimus qd' motu quidē ci-
eri potest principū aut̄ motus nō habet, & id itē qd' mo-
uetur quidē, sed ab alio nō a seipso cietur, rationi cōsenta-
neum est, necessariū dicam & ipsum tertium esse qd' mo-
uet quidē imobile aut̄ est. ¶ Quapropter & Anaxa. recte
dicit, mentē inquiens passione vacare & nō mixtam esse.

pbō 2.

pbō 3.

¶ Sed ad motu
requiruntur

¶ Ad mouere in ratione
necesse est in motu
in motu, esse
in motu, esse
in motu, esse
in motu, esse

quippe cū motus ipsam principiū faciat. Hoc em̄ pacto solum mouebit, nullum suscipiēs motum, & vincet, mixtione p̄cinitus vacans.

38. ¶ At vero si nō accidēs, sed necessario mouetur id qđ motum aliis affert atq; adeo vt nō moueat, si nō moueat, necesse est ipsum vt motū subit, aut eadē specie motus, aut alia moueat, ceu aut si calefaciat calefiat, & si sanet sanetur, & si ferat ferat, aut si sanet feratur, & si ferat accrescat. At primū vt patet fieri nequit, nam dicere hęc oportet vsq; ad indiuidua descendēdo, ceu si qđ geometriam doceat, id eandē geometriā doceri, & si p̄iciat, eodē pro iectiōis proiici modo. Nec etiā sic vt motus alio genere moueatur, ceu vt id qđ fert incrementa suscipiat. Id aut qđ hoc auget, ab alio alteretur, & id quod illud alterat alio motu quodā itidem moueatur nā stetur necesse est. Motus em̄ finiti sunt. Qui vero redire dicit, idq; qđ alterat ferri, p̄inde facit atq; si statim id ferri dicat qđ fert, & id doceri qđ docet. Patet em̄ omne qđ motu cietur, & superiore moueri mouente, atq; magis ab eo qđ cetera antecedit. At id fieri neqt. Accidit em̄ vt id discat qđ docet, quorū alterū habere scientiam, alterū nō habere necesse est. Hoc prater ea magis q̄ dicta ratiōis fines egreditur, omē inquā, motiūū mobile esse. Quod accidit. Si omne qđ mouet ab eo mouet qđ motu cietur. Erit em̄ mobile p̄inde atq; si quispiā dicat omē sanatiūū ac sanans sanabile, & edificatiūū edificabile esse, aut statim, aut per plura, ceu si moueri quidē ab alio motiūū omē, sed nō

*Quia ad feruū
patet, q̄ feruū
nō potest, nō
ed. feruū ed. feruū*

*Sed qđ descendēdo ad
indiuia (scilicet) nullū
finitū motū nō mouet
quod aliquid mouet
et motu quod mouet
Nemo est motus q̄ mouet
motū per se, nā mouet
ed. feruū ed. feruū.*

*X Ergo em̄ oportet dū
mouet aliquid mouet
motū nō ed. motū
motū mouet motū
Ergo em̄ motū mouet
q̄ mouet motū
motū ed. motū
nō mouet.*

*ergo conuenit ad esse magis in eo bīle
q̄ magis e motū feruū, quod conuenit
nō edificatiūū q̄ mouet (scilicet) ratiō, q̄
quod mouet nō mouet, ut p̄inde
ratiō mouet.*

*si ed. feruū, nō em̄ dicit ed. feruū, de
motū nō mouet, dicitur nō aliquid
quod edificatiūū q̄ mouet, ratiō, q̄
q̄ mouet nō mouet, ratiō, q̄ mouet
q̄ ed. feruū ab. feruū.*

LIBER OCTAVVS PHISICORVM.

eo motu quo mouet ppinquū sibi, sed diuerso moueri dicat, vt sanatiuū dicere nō sanari. At id ascendens pueni et tandē ad eandē speciē motus vt antea diximus. Horū igitur alterū est impossibile, alterū figmentū. Absurdum est em̄ alteratiuū accrescens necessario esse.

36. ¶ Non ergo necesse est id qd̄ mouet ab eo semp̄ moueri, qd̄ ab alio motu cietur. Erit igit̄ exitus huiusce tandem processionis. Quare qd̄ primo mouet, aut a gescen te mouebit, aut ipsum seipsum motu ciebit. At vero si cōsiderare etiā oporteat, vtrū sit causa motus, atq; principium, vtrū id qd̄ motu seipsum ciet, an id qd̄ ab alio agitat illud omēs vtiq; ponent. Quod em̄ p se causa est, id semper prior est eo causa, qd̄ p aliud rationē causę subit.

¶ Capitulū quartū in quo ostendit q̄ etiā si pueniat ad primum qd̄ est seipsum mouens q̄ nihilominus necesse est deuenire ad primum qd̄ est imobile.

40. ¶ Vē cū ita sint, cōsiderandū est alio principio sumpto, si qd̄ seipsum moueat, quonā modo se motu ciet. ¶ Omne itaq; qd̄ mouet in semp̄ diuisibilia diuisibile esse necesse est. Demonstratū est em̄ prius in hisce quæ de natura vniuersaliter dicebamus, omē qd̄ p se mouet cōtinuū esse. ¶ Fieri igit̄ negt vt id qd̄ motu seipsum ciet, se totū pœnitus moueat. ¶ Vnū em̄ ac indiuiduū, speciē fertur totū, ser etq; latioē eadem, & alterabitur & alterabit. Quare docebit atq; docebitur simul & sanabit atq; sanabit eacē vtiq; sanitate. ¶ Præter ea definitū est antea id moueri qd̄ mobile est, hoc aut̄ est

1^o necesse est seipsum mouens: cōstitutū esse ex parte mouente in mobili, & parte mota nō mouente.
2^o totū non moueat totū per se primo.

potentia cū mouet nō actū. Sed qđ est potentia, p̄ficiſcitur nimirū ad actū. Motus autē actus est mobilis imperfectus. At id qđ mouet actu iam est vt patet. Calefacit em̄ id qđ est calidū actu, & om̄iuo generat id qđ formā iam habet. Quare simul idē eodēq; calidū erit atq; nō calidū, & vnūquodq; ceterorū similiter quæ terminos habeant eiusdē nois ratiōisq; neceſſe est. Eius ergo qđ motu cietur interno & ſuo aliud mouetur.

41. ¶ Eſſe autē impoſſibile ſeiſum quicq; hoc pacto mouere, vt ab vtroq; moueatur vtrūq; ex hiſce ſane patebit.

Totū nō ex eo mouet ſeiſum q̄ que libet pars aliā mouet recipioce.

pbō 1. ¶ Nam ſi vtrūq; mouebit vtrūq; nihil erit p̄fecto qđ moueat primū. Id em̄ quod prius mouet, cauſa magis eſt vt moueat id qđ motu cietur, q̄ id qđ illi coheret. Duplex eſt em̄ id qđ motu ciet, vt diximus. Quoddā em̄ mouet, ab alio ſuſcipiens motū. Quoddā ſeiſo mouet. Atq; id qđ longius ab eo diſtat, qđ motu cietur p̄pinquū eſt ma-

pbō 2. gis principio motus, q̄ id qđ in medio collocat. ¶ Præterea qđ mouet nō neceſſario mouet, niſi a ſe moueat, per accidens ergo mouet alterū cōtra. At accipiam poſſe ipſum nō mouere. Aliud ergo mouebit, aliud mouebit im-

pbō 3. mobile. ¶ Præterea nō eſt neceſſariū, id qđ mouet contra moueri, ſed neceſſe eſt aut immobile quippiā moueat, aut q; a ſeiſo motu cietur ſi motū eſſe ſemp neceſſe eſt.

pbō 4. ¶ Præterea moueret etiam eo motu p̄fecto quo mouet. Quare caleſcit id quod calefacit.

42. ¶ At ſi neq; aut vna pars eius qđ primo ſeiſum mo-

Adouēs totū nō ſeiſum mouet eo q; pars quelibet ſe ipſam mouet

pbō 1. uet, aut plures ſeiſas mouebūt. ¶ Totū em̄ ipſum ſi a ſe

LIBER OCTAVVS PHISICORVM

ipso mouet, aut ab aliqua sui parte aut a toto totū moue-
bitur. Si igitur quia pars aliqua mouet a seipsa totū ipsum se
ipsum mouet, illa pars erit id plane quod primum seipsum
mouet. Separata namque seipsam illa mouebit. Totū autē
non seipsum mouebit. Sin vero totū a toto mouet, pacci-
dens ipse partes seipsas sane mouebūt. Quare si seipsas
nō necessario mouent. Sumant nō a seipsis moueri ipsi-
us ergo totius nō, quādā pars mouebit imobilis, quādā
mouebit. Hoc em̄ pacto dūtaxat aliqd seipsum mouere
potest. Præterea si totū seipsum mouet aliud ipsius mo-
uebit, aliud sane mouebitur. Ipsum igitur A. B. a seipso
& a ipso mouebitur. A.

2^o mouens seip-
sum: ex duab⁹ par-
tib⁹ tm̄ (quaz vna
mouens est solum
& alia tm̄ mota) cō-
stare necesse est.

43. ¶ Cum autē eorū quidē que mouent, quoddam ab alio
moueat quoddā imobile sit, eorū vero que mouent aliud
moueat, aliud nō moueat quicūq. Id quod seipsum mouet
ex eo sane quod mouet, & nō mouet, & ex eo quod mouet &
nō necessario mouet, sed interdū mouet, interdū nō mo-
uet, constare necesse est. Nam sit A. quidē mouens imo-
bile, B. vero id quod ab A. mouet, & mouet etiā. C. hoc autē
moueat quidē, sed nō moueat quicūq. Nam & si sit vt per
plura quæ pueniat ad ipsum C. p vnū tm̄ solū nūc accedat.
¶ Totū igitur A. B. C. seipsum mouet, sed si auferam. C. ip-
sum quidē. A. B. seipsum motu ciebit, quippe cū A. moue-
at. B. moueatur vt patet. At C. non seipsum motu ciebit,
neq; omnino monebit. At vero nec ipsum B. C. sine A. se
ipsum mouebit. Nam ex eo B. mouet, quia ab alio motu ci-
etur, & nō ex eo quia mouet a se, parte sua mouēte. Ipsum

igitur. A. B. solū seipsum mouet. Quæ cū ita sint, id omne
 qd' seipsum mouet habeat necessc est & id qd' mouet, &
 est immobile, & id qd' motu cietur, nō aut' necessario mo-
 uet. Quæ quidē aut se se mutuo tangunt, aut alterz alterz
 tangit. ¶ Quod si id qd' mouet cōtinuū sit (Nam id quod
 motu cietur, necessārio cōtinuū est) patet totū seipsum
 motu ciere, nō ex eo qd' aliqd' ipsius est tale vt ipsum seip-
 sum moueat, sed qd' totū seipsum mouet. Mouet autē &
 etiā mouet, ex eo sane qd' ipsius est aliqd', & id qd' mouet,
 & id qd' mouet. Non em̄ totū mouet, neq; totū mouet,
 sed mouet quidē A. mouet aut' trntū modo B. ipsum ve-
 ro C. nō necessārio mouet. A. B. Est em̄ hoc impossibile
 44. ¶ Existit aut' dubitatio hoc loco quædā, si quispiā aut
 ipsius, A. si cōtinuū sit id qd' mouet quidē sed nō moue-
 tur, aut ipsius B. qd' mouet aliquā auferat partē, mouebit
 ne reliquū ipsius, A. aut reliquū ipsius B. motu ciebitur.
 Nam si mouebit aut mouebit nō erit. A. B. pfecto id qd'
 a seipso primo mouetur. Ablata em̄ ab eo parte, reliquū
 A. B. seipsum adhuc mouebit. ¶ An nihil phibet vtrūq;
 aut alterū, id inquā qd' mouet diuisibile quidē esse poten-
 tia, indiuisibile aut' actū. Si vero diuisum fuerit nō vleri⁹
 potentiam eandē habere. Quare nihil obstat, vt in ipsis
 diuisibilibus aliqd' insit potentia primo tales. ¶ Patet igit',
 ex hisce quæ diximus esse id qd' primo mouet immobile.
 Nam siue statim ad ipsum primū immobile, siue ad id qd'
 mouet quidē, ipsum vero seipsum mouet sinitq; gradū
 cū libet, fiat ex eo qd' mouet ab aliquo vero mouetur ac

Dubitatio.

R.

LIBER OCTAVVS PHISICORVM.

cessio, vtroq; modo nimirū accidit, id qđ primo mouet,
in om̄ibus iis esse quæ mouent immobile.

¶ Capitulū quintū in quo ostendit qđ primū mouens est
incorruptibile nec mouet p se, nec p accidens.

1.º. quoddā esse
mouē immobile ab
om̄i mutatiōe alte
rum 7 p se 7 p acci
dens aliorum mo
tinū ppernū reter
num necesse est.

45. **Q**UVM autē semp esse motū oporteat, & nullas ^{suppº}
eius intercapedines fieri, esse quippiam pri
mo mouens ppetuū immobileq; aut vnū aut
46. ¶ Vnūqđq; igit eorū quę imobilia ^{suppº}
sunt atq; mouent ppetuū esse, non ad presentē sermonē
pertinet. Esse autē aliqd necessario, qđ semp om̄is quidē
sit mutatiōis tam absolute qđ p accidens expers, aliud autē
moueat, pspiciū, si hoc pacto cōsiderabimus fiet. ¶ Atq; ^{pbº 1.}
sit ita si cui placeat in aliquibus fieri posse vt aliquādo sint,
aliquādo nō sint, sine generatiōe corruptioneue, fortasse
nanq; necessariū est, si qđ partibus vacans aliqñ est aliqñ
nō est, om̄e tale sine mutatiōe esse atq; nō esse. Et hoc in
super concedat fieri posse, vt principiorū imobilitū moti
uorū quædā aliqñ sint aliqñ non sint. Sed impossibile est
hāc om̄ia conditionē subire. Nam aliquam hisce causam
esse patet, quæ ipsa seipsa mouent, vt aliquādo sint, aliqñ
non sint. Eteñ id quidē qđ seipsum mouet, magnitudinē
habeat omnē necesse est, si nihil partib⁹ vacans mouetur
Id autē qđ mouet, nulla necessitate est tale. Vt igit alia ge
nerent, alia corrūpant, idq; cōtinue sit, nihil eorū est cau
sa quæ imobilia quidē sunt, tñ nō semp sunt, neq; rursus
eorū quæ semp quidē hec mouent. Alia v̄o alia mouent,
ppetui em̄ atq; cōtinui nec vnū ipsorū est causa, nec vni

TRACTATUS SECVNDVS.

102

uerfa. Nam sic sese quidē habere, ppetuū ac necessario est. Vniuersa aut sunt infinita, & nō simul omīa suut.

47. ¶ Patet igitur & si infinities nōnulla principia imobilia mouētia & multa eorū quæ seipsa mouēt, partim corrumpunt, partim insup generant, atq; hoc quidē hoc, aliud aut hoc mouet at nihilominus aliqd esse q̄ hæc omīa continet. Idq; præter vnū qd̄q; istoz aliud qd̄ esse, qd̄ quidem est causa vt alia sint, alia nō sint, & mutatiōis cōtinue. Atq; hoc quidē hīsc, hæc aut ceteris motus causam esse.

pbō 2. 48. ¶ Si igit motus ppetuus est, perpetuū erit & mouens primū, si vnū sit. Quod si sint plura, plura quoq; ppetua erunt. ¶ Vnū aut potius q̄ plura putandū est esse, & finita

pbō 1. q̄ infinita ¶ Semp em finita potius q̄ iufinita sumēda sunt, si modo eadē fiant. In his em que sunt natura, finitū sit potius, & id qd̄ melius est oportet, si modo esse possit. Sufficiens aut est & vnū, qd̄ cū primū imobilū sit ppetuū, ceteris erit principium motus.

2^o. illud primū monens eternū & ppetuū tantum vnum est.

pbō 2. 49. ¶ Ex hoc etiā patet aliqd esse necessario vnum ppetuum, qd̄ primo mouet. Demonstratū est em semp necessario motū esse, qd̄ si necesse est semp esse, necesse est & continuū esse, semp em esse cōtinuū est. Deinceps aut esse nō continuū est, at si continuus est, vnus nimirū est. Vnus aut motus a mouente pficiscit vno, & vnus mobilis est. Nam si aliud atq; aliud mouebit, totus ipse motus non cōtinuus sed deinceps erit. Ex his ergo quispiā esse primum quid immobile credet.

distinc 50. ¶ Et rursum si ad eorū principia quæ mouent respexe

3^o monēs primū ppetuū vnum exi

V.

LIBER OCTAVVS PHISICOR VM

stans semp Imobis
le perseverat.

rit. ¶ Esse igitur quædã eorũ quæ sunt, quæ aliquãdo mo-
uentur aliquãdo quiescunt, luce clarius extat. ¶ Atq; p hoc L. 2.
ipsum iam patuit nec vniuersa moueri, nec vniuersa quiescere, nec alia semp quiescere, alia semp moueri. Ea nanq;
quæ potentiã habent vt interdũ moueant, interdũ quiescant, veras hasce sententiã esse demõstrant. Cũ aut talia
cunctis sint manifesta, ostendere volumus, & vtrãq; duorum naturã. Esse inquam & quæ semp sunt imobilia, &
quæ semp mouent. Atq; ad id ipsum p̄ficiẽtes, posito hoc. ¶ Omne qd̄ mouet ab aliquo moueri, idq; aut imo- pbõ 1.
bile esse, aut moueri, vel a seipso, vel ab alio semp, ad hoc
sum endũ tandẽ p̄cessimus. Eorũ inquam quæ mouent prin-
cipium esse subeuntũ quidẽ motũ id qd̄ ipsum seipsum
mouet, omniũ aut id qd̄ imobile est. Cernimus autẽ atq;
admodũ clare res esse tales, quæ quidẽ seipsas mouent,
quale est animantiũ, ac animalũ genus. ¶ Hac igit & opi-
nionẽ nobis præbebãt, ne fortasse cõtingat motũ omĩno
non esse, deinde oriri, quia in ipsis id accidere cernimus.
Nam prius imobilia sunt vt videtur, deinde mouent.

Obiectio.

¶ **SI.** Hoc aut nos sumamus oportet, vno inquam hæc seip-
sa motu ciere, atq; illo nõ pprie, q̄ppe cũ non in ipsis eiũ
sit causa. Sed insunt animalibus naturales alii motus, quibus
ipsa nõ p seipsa mouent. Vt, Accretio. Decretio. Respira-
tio. Quibus vt patet animalũ vnũq; q; mouet, cũ quiescit,
Et nõ mouet eo motu quo ipsum seipsum ciere. Atq; horũ
causa est continens ipsum, & eorũ multa quæ corpus in-
grediunt, vt nõnullorũ ipsum alimentũ. Cum em digerit

dormiūt, cū difgregatur, expergiscunt, & seipsa mouent ac ipsum primū principiu est externū. Iccirco nō semp cōtinue a seipsis mouent. Aliud est em̄ id qd' mouet, ipsum subiens motū atq; mutationē ad vnūqdq; eorū quæ seipsa motu cient. In vnīuersis aut̄ his id qd' primo mouet, & quod est causa vt ipsa seipsa moueant a seipso mouetur, p̄ accidēs tamē. Corpus em̄ mutat locū vt patet, quare & id qd' in corpe est & motiōe vectis seipsum mouet.

pbō 2. 52. ¶ Ex qbus credi potest impossibile esse, si qd immobile

quidē est, mouet aut̄ & ipsum subiens p̄ accidēs motū, id cōtinuo motu mouere. Quare si necesse est continye motū esse sit aliqd oportet primū mouens imobile, neq; p̄ accidēs subiens motū, si oportet in hisce quæ sunt incessabilē quendā esse motū & imortalē vt diximus, atq; ipsum qd' est in seipso ac in eadē p̄sistere. Manēte nanq; principio, & vnīuersum ipsum maneat necesse est quippe cū ad principiu ipsum continuū sit. ¶ Non est aut̄ idē p̄ accidēs a seipso moueri, atq; ab alio. Hoc em̄ nonnullis etiā quæ sunt in cælo principis inest, quæ latōibus pluri bus ferunt, alterū aut̄ corruptibilibus solum competit.

pbō 1. 53. ¶ At vero si sit quippiā semp tale mouens quidē aliqd

imobile aut̄ semp manens atq; p̄petuū, & id sane qd' ab ipso primū mouet p̄petuū esse necesse est. ¶ Hoc aut̄ vel

ex eo patere potest, qd' secus nō esset ceteris in iebus generatio corruptiōe atq; mutatio, nisi quippiam moueret subiens motū. Id em̄ qd' imobile est, eodē ac vno motu p̄fecto modoq; semp eodē mouebit, cū nullo pacto mutes

42^o si primū mouens imortalē semp p̄ternūq; habetur & qd' primo ab eo mouet: imortalē semp p̄ternūq; haberi necesse est.

LIBER OCTAVVS PHISICORVM.

ipsum ad id qd' motu cietur. At id qd' mouet ab eo quod motu cietur, mouet iam ab eo qd' est immobile, quoniam aliter ad res atq; aliter sese habet, non eiusdem erit causa motus: Sed quoniam contrariis in locis est atq; formis, contrario modo quamq; ceterarum rerum motu disponet. Atq; inter dum quiescentem inter dum subeuntem, motum praebebit. ¶ Perspicuum igitur iam euasit ex hisce quae diximus & id qd' initio dubitabamus. Cur nam non vniuersa aut quiescunt aut mouentur, aut alia semper mouentur, alia semper quiescunt, sed quaedam interdum mouentur, interdum quiescunt. Huius enim causa vltro sese offerre videtur. Quaedam enim ab immobili sempiterno mouentur, quocirca semper mouentur. Quaedam ab eo quod mouetur atq; mutat, quare & ipsa mutantur necesse est. Id autem qd' est immobile cum simpliciter eodemque modo ac in eodem semper permaneat, vno motu simpliciter mouebit.

TRACTATVS TERTIVS in quo ostendit quis sit primus motus.

¶ Capitulum primum in quo ostendit quod motus localis est primus inter omnes motus.

54
i 2° nullus motus
pret motu primus
cum vnus vnus
& eternus esse pot

Hic qui si principium etiam aliud considerationis fecerimus de hisce magis patebit. Est enim considerandum si possit aliquis continuus motus esse nec ne, & si possit quoniam hic sit, & quoniam motum primus sit. Etenim si motum quidem semper esse necesse est, primus autem hic atq; continuus est, patet id quod primum mouet, hoc sane motu mouere, quod vnus & eundem & continuu ac primum esse. ¶ Cum ita tres sint motus in magnitudine (necesse est

in affectu, atq; in loco, quē quidē lationē cōsueuimus ap-
 pellare, hunc primū motuū esse necesse est. Fieri nāq; nō
 potest vt accretio sit, nisi alteratio antecedit etem id qd
 incrementa suscipit, tum simili tum dissimili crescit. Con-
 trarium nanq; cōtrariū nutrimentū dicit esse. Addit autē
 alimentū omne, cū sit simile simili. Sit igit alteratio neces-
 se est ea mutatio, qua ad contraria p̄ficiūtur. At vero si al-
 teratur, sit id oportet qd alterat & ex potentia calido, ca-
 lidū actu facit. Patet aut id qd mouet nō sese habere simi-
 li modo sed interdū esse p̄p̄inuius ei qd alterat, interdū
 remotius ab eodē. At hec absq; latione nequeūt esse. ¶ Si
 igitur semp motū esse necesse est & latio sit semp motuū
 prima necesse est. Qd si lationis alia prior alia posterior
 est, prior nimirū omnes antecedit necesse est. Præterea den-
 sitas raritasq; principiū omniū affectuū est. Etem graue
 ac leue molle & durū, calidū deniq; frigidūq; densitates
 quādā ac raritates esse vident. Densitas aut raritasq; cō-
 gregatio est ac segregatio, qbus vt inquit substantiæ ge-
 nerant ac corrumpunt. At ea quæ congregant ac segre-
 gant, loco mutant necesse est. At vero magnitudo etiā ei-
 ius loco mutet qd accrescit, atq; decrescit.

56. ¶ Insuper & hinc si animaduertemus, lationē primū mo-
 tum esse patebit. ¶ Primum em̄ ipsum, vt in aliis, sic & in
 motu multipliciter dici potest. Dicit autē prius & id quo
 sublato cetera tollunt ipsum aut aliis sublati est, & id qd
 tpe præcedit, & id deniq; qd substantia præstat. ¶ Quare si
 necesse est cōtinue motū esse, erit aut cōtinue, aut hisce

2. 9. motus s̄m lo-
 cum primus est mo-
 tuū 7 tpe 7 natu-
 ra 7 p̄fectiōe
 ¶ Quæ loci mutatio
 sit p̄sequētia prior.

LIBER OCTAVVS PHISICORVM

qui cōtinuus est, aut hīce q̄ est deinceps. Magis aut̄ erit hīce q̄ est cōtinuus, p̄statq; cōtinuū esse, atq; id qd' p̄stat, in natura semp̄ esse putamus, modo possit esse. Potest aut̄ cōtinuus esse vt posterius demōstrabit̄, nunc aut̄ supponatur, atq; hic nullus alius esse potest nisi latio tm̄ latio profecto motus sit priuus necesse est. Nulla nanq; necessitas est, & id qd' fertur accrescat vel alteret̄ vel generet̄ vel corrupat̄. At harū mutationū nulla esse potest, si cōtinu⁹ hīce motus q̄ mouet primū mouens auferat.

De loci mutatio
sit prior tempore.
De motus localis
sit prior p̄fectiōe.

57. ¶ Preterea primū tpe esse necesse est, hic em̄ solus corporibus eternis accomodat̄. ¶ At in vnoquoq; quidē eorum q̄ generant̄ latioē motuū vltimā esse necesse est. Post ortū em̄ alteratiōe primū accretiōeue, deinde iam p̄fectum latioē mouet̄. Verū aliud prius necesse est esse subiens latioē, qd' & generatiōis hīce quæ fiunt causa erit, nō ipsum subiens generatiōē, vt id qd' genuit rem generatā p̄cedat. Nam generatio motuū ob hoc prima esse videbit̄, q̄a res sit orta prius oportet. At hoc in vna quidē quauis re generanda ita sese habere videt̄. Aliquā tamē aliud ante moueat̄ necesse est, qd' quidē ex his est quæ oriunt̄ & occidūt, nō subiens generatiōē & hoc itē aliud prius. ¶ Quoniā aut̄ impossibile est gnationem esse primam, essent em̄ om̄ia, quæ mouent̄ caduca, patet nec vllum motuū q̄ sunt deinceps priorē esse. Dico aut̄ motus deinceps accretiōē, deinde alteratiōē & decretiōnem, atq; corruptiōē, omnes hi motus posteriores sunt generatiōe. Quare si generatio prior latioē non est, neq;

pb̄ 1.

pb̄ 2.

TRACTATUS TERTIVS. 111

ceterorū profectio mutatorū eandem vlla precedit.

pbō 3. 58. ¶ Omīno aut id qd generat imperfectū esse videt, & ad principiū pficisci. Quo fit, vt id natura sit prius, quod generatiōe posterius est. At vniuersis hīce quę generan

pbō 4. tur, vltimo latio cōpetit. ¶ Quocirca quaedā viuentiū omīno, qā instrumentis vacaut imobilia sunt, vt plante, & animalīū genera multa. Quaedā cū pficiunt, hoc vt patet motu cient. Quare si magis inest iis latio quā magis naturam sunt consecuta, motus hīc quoq; ceteris motibus

pbō 5. 59. ¶ Atq; hoc ita se habet nō solum (Substātia prior erit ob ea quā dicta sunt, sed ob hanc etiā ratiōnē, qā id qd motu cient, minime dum fertur substantiā suam amittit. Sola nanq; latioē nihil in hīce quā insunt sibi mutat, vt cū quippiā alterat, & cū incrementa decemēta uel suscipit, in qualitate fit vt patet atq; in quātitate mutatio.

pbō 6. 60. ¶ Maxime vero patet ex eo, qā id qd in terno motu se ipsum ciet eo se maxie motu pprie mouet q ad locū ac comodat. Atq; hoc dicimus eorū quā mouentur ac mouent principiū esse, & primū eorū quā mouent id inquā qd se ipsum in terno motu suoq; ciet.

61. ¶ Patet igit ex hīce q dixim latioē motū esse primū

¶ Capitulū secudū in quo ostendit quis motus localis sit primus, & q nullus motus localis potest esse continuus perpetuo preter circularem

Nunc aut demonstrandū est, quā nam sit latio prima. Atq; simul eadē via patebit, & id quod nunc & antea supposuimus cōtinuum inquā

LIBER OCTAVVS PHISICORVM.

motum atq; perpetuum aliquem esse posse.

12^o nullus motus
nullaq; mutatio p
ter eam que p̄m̄ lo
cum est p̄tina est
& perpetua.

62. ¶ Nullū itaq; ceterorū motuū continuū esse posse ex
hisce sane patebit. ¶ Omnes em̄ motus atq; mutatiōes ex
oppositis sunt ad opposita migratiōes vt patet. Nam ge-
neratiōis quidē atq; corruptiōis id quidē, & id qd̄ nō est
terminos esse constat. Alteratiōis vero cōtrarias qualita-
tes atq; affectus, accretiōis item decretiōisue, aut magni-
tudinē paruitatēq; aut p̄fectionē magnitudinis imperfe-
ctionemue. ¶ Contrariū vero sunt motus qbus ad contra-
rios fines itur. Id aut̄ qd̄ nō semp hoc motu cietur, modo
sit prius, q̄scat prius necesse est. Id igitur qd̄ mutatur vt
pater, in cōtrario p̄fecto quiescet, similē & in ipsis muta-
tiōibus sit. Corruptiōi nanq; generatio simplici simplex
& cuidam quādā oppunit̄. Quare si fieri non potest vt si-
mul oppositis mutationibus quicq; mutet nō erit muta-
tio p̄fecto continua, sed inter ipsas medium tempus erit
¶ Nihil em̄ interest contrariē sint an nō cōtrariē mutatio-
nes eę quarū termini contradictoriā oppositionē suscipi-
unt, si modo simul eidē ad esse nō possint, hoc em̄ nō est
rationi conducens, nec si nō necesse est in contradictiōe
quiescere, nec est mutatio quieti contrariū. Forsitan em̄
id qd̄ haud est nō q̄scit. Corruptio vero ad id qd̄ haud
est vt patet mutatio est. Sed si solum inter ipsas sit tepus,
sic em̄ cōtinua nō erit sane mutatio. Neq; em̄ in priorib⁹
cōtrarietas cōducebat, sed ipsum simul in quā inesse non
posse. ¶ Atq; nō cōturbemur, oportet si cōtrariū sit pluri-
bus idē. Vt motus geti, & ei motui quo ad cōtrariū itur.

Capilla. 1.

Capilla. 2.

Capilla. 3.

TRACTATUS TERTIVS

Sed hoc tm̄ sumamus, tū motū, tū quieti motū opponi,
 vt æquale ac mediocre ei qd̄ excedit aduersat; & insup
 fieri nō posse, vt motus oppositi mutatiōesq; simul eis dē
 pbō 2. 63. ¶ Preterea in generatiōe corruptiōe ue poeni (insunt
 tus absurdū esse videbit, si corrupti continuo generatum
 nullocq; in tpe pm̄uere necesse est. Quare de ceteris ex
 his idē p̄fecto credit, est em̄ naturale in vniuersis muta
 tionibus similiter se habere.

64. ¶ Nunc aut̄ dicamus motū infinitū aliquē esse posse, q
 quidē vnus sit & cōtinuus, atq; hunc esse conuersionem.
 Ome nāq; qd̄ fertur aut versat, aut recta pergit, aut mix
 to motu cietur. ¶ Quare si motus rectus nō sit continuus
 nec esse potest. Patet autē id qd̄ recto motu finitoq; fert,
 pbō 1. continue non moueri, reflectit em̄. ¶ Sed qd̄ recto motu
 reflectit, id contrariis motibus p̄fecto cietur, loco nancq;
 cōtrarius est motus quo deorsum itur, motū quo pergi
 tur sursum & hisce quo retrorsum itur ei quo contraria
 loca petunt & isitem quo detrorsum itur ei quo p̄gitur
 sinistrorsum. Nec enim sunt loci contrarietates, vt patet.

Quis est aut̄ vnus atq; cōtinuus motus, prius est definitū
 Est em̄ hisce q vnus est mobilis in vnoquoq; sit tpe atq;
 nullam specie differentia habet, tria nancq; sunt. Id qd̄ mo
 uetur vt homo vel deus, & quādo vt tēpus & tertiu id in
 quo, hoc aut̄ est, aut affectus, aut forma, aut locus, aut eti
 am magnitudo. Contraria vero specie differūt, & nō vnū
 sunt. Atq; ea que diximus sunt differentie loci. Indicat aut̄
 motum, quo ex, A, pergit ad ipsum, B, contrariū esse ei

2.º. non omis sim
 locū motus sed so
 lum is (q circulari
 dicitur) p̄petuus
 esse potest.
 ¶ motus sim re
 ctū sumpti p̄tinua
 ri z p̄petuari non
 possunt
 ¶ motus q recte
 ccuntur z resiliunt
 vt a summis deors
 sum, z a dextris si
 nistrorsus, ab ante
 retrorsum (qm̄ he
 p̄trarietates sunt,
 motū minime p̄
 tinuari possunt.

LIBER OCTAVVS PHISICORVM

quo itur ex B. in A. id qd̄ ipsis accidit. Sese em̄ mutuo si
stunt, si simul fiant, & in circulo simili modo. Is enim quo
itur, ex A. per B. cōtrarius est ei quo itur ex. A. p. C. Sese
em̄ mutuo sistunt, si cōtinui sint, & nō reflexio fiat, q̄a cō-
traria mutuo se corrūpunt, sibiq̄ fiunt impedimento. At
is quo itur in latus nō est cōtrarius ei quo p̄gitur sursum

65. ¶ Maxime aut̄ patet ex eo motū q̄ sup̄ linea recta sit cō pbō 2.

tinuū esse nō posse, q̄a id qd̄ reflectitur constat, nō solum
si sup̄ linea recta, sed etiā si sup̄ circulo ferat̄, necesse est.

Non em̄ idē est sup̄ circulo ferri atq̄ versari. Fieri nanq̄
potest vt̄ interdū p̄sequat̄ motū, interdū ad id p̄lectū vn̄
de moueri cepit redeat ac reflectat̄. Esse vero necessariū
stare nō modo sensu, sed ratiōe etiā credere p̄fecto com-
pellimur. Est aut̄ principiū hoc. ¶ Cum em̄ sint tria. Princi- distinc

pium inquā, mediū, atq̄ finis. Mediū vtrūq̄ est ad vtrūq̄
& numero quidē est vnū, ratiōe aut̄ duo. Præterea aliud
est esse potētia, aliud actu. Quare q̄d̄uis recte lineæ pun-
ctum qd̄ inter extrema est collocatū, potentia quidē est
mediū, actu vero nō est, si non id qd̄ fert̄ eam diuiserit,
cōsisteritq̄ atq̄ incoeperit rursus moueri. Hoc aut̄ pacto
mediū ipsum principiū sit & finis. Principiū quidē poste-
rioribus, finis aut̄ prime. Dico aut̄ si id qd̄ fert̄, atq̄ sit, D.
in ipso consisterit. B. & rursus feratur ad C.

¶ Sed cū cōtinue fertur, nec affuisse, nec abfuisse in pun-
cto. B. potest sed esse solū in ipso nunc, in tpe ꝑo nulloni
si in eo toto cuius nūc ipsum diuisio est. Quod si affuisse
quispiā & abfuisse posuerit semp̄ ipsum D. stabit cū fert̄.

*sequitur motus sup̄
quodammodo.*

*Ex parte quod in motu
distincio e dicit
motus in actu.*

119

TRACTATVS TERTIVS

Impossibile est em̄ ipsum, D. in. B. affuisse simul, ac abfuisse. Ergo in alio tps atq; alio pūcto. Tempus igit̄ id erit, qd̄ est inter puncta tps illa. Quare. D. gescet in. B. & in ceteris idētidē punctis. Quippe cū sit eadē in om̄ibus ratio. Cū aut̄ D. qd̄ fert̄ vtetur. B. medio principio atq; fine; consistat ipsum necesse est. Propterea q̄ illud duo pinde facit, atq; si illud ita mente pceperis. Sed ab A. quidē puncto vt a principio abfuit. In C. v̄o fuit, cū moueri desierit 66. ¶ Quaprop̄t̄, & ad dubitationē hoc est dicendum, habet enim hīc locus, hanc dubitationē. Nam si sint due linee recte A. B. C. & D. E. quaz̄ D. E. sit equalis B. C. & F. mobile ex. A. cōtinue moueat̄ ad C. atq; cū est in B. puncto. G. mobile ex. D. ad E. vniformit̄ eadēq; celeritate ferat̄. G. prius accedet ad E. q̄. F. ad terminū pueniet. C. qd̄ em̄ prius recessit ac abiit id prius accedat necesse est. ¶ Nō ergo F. mobile simul, in B. puncto fuit atq; abfuit ab eodē. Iccirco & posterius accedit ad C. Nam si sint ac abfuit simul. Nō posterius ad terminū pueniet C. sed stet in illo necesse est. Non est igit̄ ponendū cū. F. fuit in B. simul. G. ipsum ex D. moueri. Nam si. F. in puncto fuerit. B. abfuerit etiā ab eodē atq; nō simul. At in diuisione tps in illo, & nō in tpe erat. Igitur hīc quidē in cōtinua magnitudine ipossibile est, hoc dicere modo. ¶ In eo v̄o qd̄ redit atq; reflectitur, hoc soluere pacto necesse est. Nam si. A. ferat̄. E. B. in. C. rursusq; rediēs. E. C. in. B. moueatur ipso. C. tū extremo & principio vtitur nimis & si ne, vno in quā pūcto vti duobus. Quocirca cōstat ipsum

Dubitatio.

R.

mobile passim reflectatur & restit at quiescere oportet.

LIBER OCTAVVS PHISICOR VM.

necesse est & nō simul accessit ad C. & recessit a C. alioquin ibi simul erit atq; nō erit in eodē tps puncto.

De motu continuo et reflexu.
Differentia inter motū continuū et reflexum.

67 ¶ At \forall nō est dicenda ea solutio, quā antea diximus. Dicit nāq; nō potest A. mobile in diuisione tps in ipso. C. esse & nec affuisse nec abfuisse, ad finē enim accedat necesse est. Qui quidē est actu nō potentia finis. Etm̄ id qd̄ dem qd̄ est in medio potentia est, atq; hoc est actu. Atq; finis est, cū pergit sursum, principiū \forall cū itur deorsum, & ipsorū ergo motū simili modo. Stet igit̄ id qd̄ redit super lineā rectā, necesse est. Quæ cum ita sint, cōtinuus

Dubita: zenonis. super lineā perpetuus motus esse nō potest. Eodē aut̄ modo & iis est obuiandū q Zenonis rationē interrogant, censentq; si semp̄ dimidiū transire oporteat, dimidia \forall sint infinita, & infinitoꝝ transitio esse nō possit, motū nō esse, neq; posse quicq; moueri. Aut vt quidā hāc eandē interrogant rationē, censentes mobile cū mouet̄, dimidia singula super quę fert̄ enumerare. Quo fit, vt ab eo cū totū transierit spatiū enumeratus sit numerus infinitus, hoc aut̄ omniū sententiā fieri nequit.

R.º.

68. ¶ In primis igit̄ de motu sermonibus ex eo rationem hanc soluebamus, qā tēpus infinita in seipso habet. Non est em̄ absurdū si infinito in tpe transeat quī spā infinita. Infinito aut̄ inest tam in longitudine, q̄ in tpe simili modo. Sed hęc solutio ad interrogantē quidē sufficienter se habet. Interrogabat̄ em̄ si fieri possit vt finito in tpe quippiam transeat aut enumeret infinita. Ad rem aut̄ ipsam veritatēq; pfecto nō satisfacit. Nam si quis spā omīssa longū

449
TRACTATUS TERTIVS.

tudine dicta q̄ infrogatiōe, si sit inquā vt finito in tēpore
p̄transeat quippiā infinita hęc de ipso interroget tēpore
(habet em̄ tpus infinitas diuisiōes) nō erit sufficiens hec
sane solutio. Sed ea dicenda est veritas quā pauloante di
ximus. Nam si quispiā lineā diuidat i duo dimidia, is vno
puncto vtitur vt duobus, faciet em̄ ipsum principiū atq̄
finem. Sic aut̄ facit & qui numerat & q̄ i dimidia diuidit.
Quo sic diuidente neq̄ linea est cōtinua, neq̄ motus. Cō
tinuus em̄ motus cōtinui est. In cōtinuo aut̄ insunt quidē
dimidia infinita, sed nō actu, sed potentia sunt vt patet. Si
vero quispiā dimidiā faciat actu, non continua faciet, sed
modū ipsorū ponet. Qd̄ quidē in eo accidere patet q̄ di
midia numerat. Vnū nanq̄ punctū vtī duo numerare ip
sum necesse est. Alterius em̄ dimidiū principiū alterius fi
nis erit, si non vt vnū ipsum continuā lineā, sed vt dimidia
numeret duo. Quare ad interrogantē si fieri potest vt in
tempore aut in longitudie p̄transeat quispiā infinita par
tīm posse, partīm fieri non posse dicamus oportet. Si em̄
infinita sint actu, fieri neq̄. Sin vero potentia, fieri potest
Qui nanq̄ mouet cōtinue p̄ accidēs sane nō simpliciter
infinita transiit. Accidit em̄ lineę, vt dimidia sint infinita
Substantia vero ipsius diuersa est atq̄ esse.

69. ¶ At qui p̄spiciū etiā est, si quispiā tps punctū, qd̄ pri
us posteriusq̄ diuidit, non posteriori tpi, respectu rei tri
buat semp̄, idē esse simul atq̄ non esse & cū est ortū non
esse. Punctū igit̄ tps vtriusq̄ cōe est, priori inquā postero
riq̄ & vnū ac idē est numero, ratione v̄o nō idē. Alterius

Dubitatio. 18.

LIBER OCTAVVS PHISICORVM

Instans est posterius rei.

eū finis, alterius principū est At respectu rei posterioris est semp affectus. ¶ Sit tpus qdē. A. B. C. res aut. D. Quæ quidē. A. C. tpe sit alba in. C. B. vero nō alba in ipso ergo C. alba est simul, atq; nō alba. In quouis nanq; tpis. A. C. puncto licet ipsum. D. vere dicere albū esse, si toto tpe illo est albū, & in quolibet etiā ipsius. B. C. nō albū esse. C. vero est in vtrisque. Non est igit dandum in omī tpis A. C. puncto, D. albū esse, sed in quouis præter vltimū. C. hoc aut iam ipsum posterius est, & si nō albū fiebat & si albū corrūpebat in A. C. toto factum est sane aut corruptū in C. Quare albū aut nō albū esse primū, in illo vere dicere licet. Vel cū est ortū non est, & cū corruptū est erit, aut album aut nō albū, & ens omīno atq; nō ens simul esse necesse est. ¶ Qd si id generet, necesse est qd prius non est. & cū generat nō est, fieri pfecto nō potest, vt tēpus in indiuidua tpa diuidat. Nam si in A. tpe. D. ipsum albū fiebat, factū est aut simul, & est in alio indiuiduo tpe. B. herente tpi. A. si in. A. quidē fiebat & nō erat, est aut in ipso tpe. B. generationē aliquā nimirū mediā esse oportet. Quare & tēpus id erat in quo fiebat. Non em eadē & iis erit ratio, q nō ex indiuiduis inquit tēpus cōstare. Sed factum est in tēporis ipsius in quo fiebat vltimo pūcto, cui quidē nihil heret, neq; deinceps est. Indiuidua vero tpa sunt deinceps. ¶ Que cū ita sunt patet si in A. toto tpe. D. Cōst fiebat nō esse maius id tēpus in quo factū est, atq; fiebat, eo tempore quo toto solum fiebat.

zst totū directū et reflexum non esse

70. ¶ Hæ igit talesue quedā sunt ratiois, ex qbus vt ppris

TRACTATUS TERTIVS.

115

quispiā credet motū rectū ppetuo cōtinuū esse nō posse
 Hoc idē insup ita sese habere videbit̄, & si differendū mo
 vnū sed potius in
 ter eos tempus ca
 deremedium

pbō 1. do idīpsū considerabimus. ¶ Omne itaq; qđ continue
 mouetur, modo nihil prohibeat, ad id & antea ferebatur,
 ad quod per motum accessit. Ceu si per uenerit ad B. fe
 rebatur ad B. & nō solum cum erat prope sed statim eti
 am vt incepit motu cieri. Cur em̄ nūc magis q̄ prius hoc
 & ad ceteros accomodabit̄ motus. At id qđ ex A. fertur
 ad B. ueniet̄ rursus ad A. continuo motu. Cum igitur ex
 A. mouetur ad B. tum fertur etiā ad A. eo motu quo
 pergit ex ipso B. Quo sit, vt cōtrariis simul motibus mo

pbō 2. ueatur. Recti nanq; motus contrarii sunt. ¶ Et insuper vt
 ex eo mutetur, in quo ipsum nō est. Quod si hoc fieri ne
 queat, in ipso B. fietur necesse est. Nō igitur hic vnus est
 motus. Qui nanq; motus intercipitur statu is vnus profe
 cto non est vt luce clariū extat.

pbō 3. 71. ¶ Præterea ex hisce magis vniuersaliter de omī motu
 perspicuum idem erit. Nam si omne quod mouetur. Ali
 quo motu dictorū motuū omīno mouetur, & quod quie
 scit ex his aliqua quiete quiescet quæ opponuntur. Nul
 lus enim alius in ratione rerum præter assignatos est mo
 tus, id autē quod non semper hoc motu mouetur, eorum
 motuum in quā qui specie differunt, & nō motus totius
 cuiuspiam parte, necesse est opposita quiescat quie
 te. Est enim quies priuatio motus. Si igitur hæc ita se
 habent, & motus quidē recti contrarii sunt fieri vero ne
 quit vt simul quicq; motibus contrariis moueatur, id pro


LIBER OCTAVVS PHISICORVM.

fecto ex A. fertur ad B. nō ex B. quoq; simul feret, ad A.
Atq; cū non simul motibus trīsc; feratur, moueatur autē
dicto motu ex A. pergendo ad B. prius in ipso B. quie-
scat necesse est, hic em̄ est ea quies, quæ opponitur ei mo-
tūi quo itur ex B. ad A. Patet igit̄ ex hisce quæ diximus,
motum nullum rectum continuū esse posse

72. ¶ Insuper hoc etiam modo ratio magis erit accomo- pb̄ 4.
data. Simul em̄ corruptū est non album, & ortum est al-
bum. Si igitur alteratio qua itur ad albū atq; ex albo cō-
tinua sit, & nullo in tempore maneat, simul profecto cor-
ruptū est non album, & factum est album atq; non albū.
Horum em̄ trium idem tempus erit vt patet. ¶ Præterea pb̄ 5.
non, si tempus continuū est, & motus continuus est, sed
deinceps, quo nanc; pacto contrariorū motuum, vt deal-
bationis ac denigratiōis idem fuerit finis. ¶ Patet igitur Lōy.
motum rectum continuū perpetuo esse non posse.

¶ Capitulum tertium in quo ostendit q̄ motus circularis
potest esse continuus & primus

1. 2. ad motū cir-
cularem esse vnū
tinuū & perpetuū
allata nō accidit
incōmoda.

73.  Ortus autē hisce, qui super circularē lineam
fit, vnus atq; continuus erit. Nullum em̄ im-
possibile accidit. ¶ Etem̄ id quod ex A. mo- pb̄ 1.
uetur, simul ad ipsum moeabitur. A. eadem nimirū ap-
petitiōe. Ad quod enim perueniet, ad id & mouetur,
sed non simul contrariis ciebitur motibus, neq; opposi-
tis sane. ¶ Non em̄ omnis motus quo pergitur ad hoc cō-
trarius ei quo itur ex hoc aut oppositus est. ¶ Sed contra-
rius quidem est rectus, huic em̄ motus loco accomoda-

Obiectio.

R.:

116

TRACTATUS TERTIVS.

tus cōtrarius est. vt is qui per diametrū sit. Termini em̄ plurimum distant. Oppositus autē est qui per eandem sit longitudinē. Quare nihil vetat, vt talis motus continuus sit, nullasq; prorsus intercapedines habeat. Et̄m conuersio quidem a seipso in seipsum, rectus autē motus a seipso in aliud transitio est. ¶ Et hisce quidē motus q̄ sit in circulo nuncq; sit in eisdē. Rectus autē sepe sit in eisdē. Is igitur motus q̄ semp̄ in alio atq; alio sit, continue fieri potest. At hisce continue fieri nō potest, qui sepe sit in eisdem. Motibus em̄ oppositis, id quod mouetur simul moueatur necesse est.

¶ Quare fieri non potest, vt aut in semicirculo quicq; aut in alia vlla circūferentia continue moueatur. Sepe em̄ in eisdē moueat, & cōtrariis mutatiōibus mutetur necesse est. Non em̄ coniungunt hīc principiū atq; finis. Circuli autē cōiungunt & hīc est solus motus p̄fectus.

74. ¶ Ex hac autē diuisione patet fieri nō posse. Quo ceterorum motuum quisq; continuus sit, accidit enim in vniuersis, vt per eadem quisq; fiat. Vt in alteratiōe per medium ipsum, & in motu qui quantitati accomodat per magnitudines medias, & in generatiōe corruptioneue similiter. Nihil em̄ interest pauca quispiam an plura faciat ea media in quibus est ipsa mutatiō, & addat quid an auferat. Fit em̄ vtroq; modo, vt per eadē sepe motus efficiat.

¶ Ex his igit patet, nec eos naturales bene sensisse, q̄ res vniuersas sensibiles inquirunt semper moueri. Nam motuum iam dictorū aliquo moueant, maximeq; sc̄dm illos alterentur necesse est. Fluere em̄ inquirunt eas semper,



LIBER OCTAVVS PHISICORVM

decrementaq; suscipere. Preterea generationē atq; corruptionem alterationem esse dicunt. Ratio vero nostra tunc dixit, nullo quicq; omnino motu preter conuersionē continue moueri posse. Quare nec alteratiōe nec accretione decretiōe ue. Hęc igitur satis sunt dicta, ad demonstrandum nullam infinitam esse mutationē aut continuam præter ipsam solam conuersionem.

2^o. lationū p̄ma
est circularis

73. ¶ Ipsam aut conuersionē lationū omniū esse primam, perspicuum inde fieri potest. ¶ Omnis em̄ latio aut circularis est, aut recta, aut mixta, sicut & antea diximus. At hac quidē illas priores esse necesse est, ex illis enim con-

¶ latio circularis
sic sit p̄o: recta.

stat ut patet. ¶ Recta uero circularis est prior est em̄ simplex perfectaq; magis, fieri igitur non potest, ut super infinita linea recta quicq; ferat. Non est em̄ id in ratione rerum, quod hoc pacto dicitur infinitū, at neq; si esset moueretur quicq; omnino. Non em̄ id sit q; impossibile est. Impossibile autē est ut patet transire quippiam infinitū. Ea uero latio quæ super finita recta linea sit, si reflectatur composita erit profecto duoc; motus, si non reflectatur imperfecta ac corruptibilis. At imperfecto perfectū & in corruptibile corruptibili natura prius esse & ratiōe atq; tempore constat. ¶ Hisce preterea motus, qui perpetuus

¶ circularis latio
p̄o: sit omni
motu.

esse potest, prior est eo, qui p̄petuus esse nequit. At conuersio quidem perpetua esse potest. Ceterorū autē motuum nullus perpetuus esse potest. Status em̄ fiat oportet, q; cum est, corruptus est iam ipse motus atq; euanuit.

74. ¶ Atqui recte cū ratione q; accidit, conuersionē unum

pbō 1.

pbō 2.

pbō 3.

pbō 4.

TRACTATUS TERTIVS,

17

esse motum atq; continuū, & non eam lationem qua super recta linea pergitur. Huius em̄ principium & finis & medium definitum est & vniuersa hæc sunt in ipsa, quo fit, vt id sit vnde incipiat quod mouet, & id item ad quod perueniet, desinetq; moueri. In ipsis nanq; finibus quiescit id omne quod motu recto cietur, aut in eo ex quo incipit motu cieri, aut in eo ad quem accidit. Sed in circumferentia sunt hæc vt patet indefinita. Quod enim ipse punctum, finis potius rationem q̄ principii subit. Equæ enim quoduis punctorum principium est, & medium, atq; finis, vt semp id quod mouetur in principio sit, & medio atq; fine, & nunq̄ in vno tantum. Quapropter ipsa sphaera mouetur, & aliquo modo quiescit. Eundem enim occupat locum. Causa autē est, hæc omnia accidisse ipsi centro, nam principium est & magnitudinis atq; finis. Quare fit, vt quia hoc extra circumferentiam est non sit id in quo quiescit id quod fertur quasi trauserit. Semp em̄ circa medium, sed non ad vltimum fertur. Quia vero semper hoc manet, ideo totū ipsum continue partim quiescit partim mouetur. ¶ Accidit autē hæc conuersio, vt e contra conuersio motuum sit prima atq; mensura quia nanq; motuum est mensura ipsa conuersio, ideo primus sit ipsa motus necesse est, ipso enim primo omnia mesurant. Et quia rursus primus est & omnium motus, ideo ipsa mensura est ceterorum: ¶ Præterea vniformis etiam motus sola conuersio esse posset. Quæ nanq; recto motu ciuntur, differenter sane feruntur. Discrepant enim partes motus pro-

*In fert rotatariū. en ferit causa
hæc quod mouet motu recto
conuenit in vno loco*

pbō 5.

pbō 6.

LIBER OCTAVVS PHISICORVM.

pinque principio ab hisce partib⁹ quæ p^{ro}p^{ri}ne sunt fini.
Ete^m vniuersa quæ suapte natura feruntur, quo magis ab
eo loco recedunt ex quo moueri ceperint, eo celerimoue
ri vident^r. At sola iⁿ cōuersiōe neq^{ue} principiu^m est neq^{ue} finis
quippe cū nō sit in ipsa circūferentia q^{ui}q^{ue} tale, sed extra

*¶ Motū fin lochin
esse priorez omnes
antiqui attestant
philosophi*

77. ¶ At vero sententię huius latioⁿe inquā primum mo
tuū esse testes sunt vniuersi, qui mentionē motus fece
runt. Principia enim ipsius hisce tribuunt, quæ motu isti
usmodi cient. Segregato nanc^q congregatione motus in
loco sunt, hoc autē modo cōcordia atq^{ue} discordia moueūt
altera nanc^q ipsarum segregat, altera congregat. Anaxa
goras quoq^{ue} mentem quæ mouit prius secernere dicit.
Eadem & ii sentiunt, qui nullam aliam talem causam po
nunt, sed ob vacuum inquit^r res moueri. Et hi nanc^q na
turam eo motu qui loco accomodat^r moueri dicunt. Mo
tus enim q^{ui} sit ob vacuū latio nimirū est & vt in loco mo
tus vt patet. Ceterorum autē motuū nullum ipsis inesse
primis, sed in hisce dūtaxat quæ constant ex illis putant.
Accrescere enim hęc decrescereq^{ue} ac alterari congrega
tionem segregationēq^{ue} subeuntibus indiuiduis corpōri
bus dicunt, eadem & ii censent, qui densitate raritateue
generationem corruptionemue conficiunt. Congregati
one nanc^q segregationeue hęc vniuersa disponunt. ¶ Ac
cedit ad hęc eorū quoq^{ue} sententiā, qui causam motus ani
mam faciūt. Id e^m quod seipsum mouet eorum quę mo
uentur principium esse dicunt. Animal autē omneq^{ue} ani
mans motu ad locū accomodato seipsum mouet ¶ Id pre

*¶ Platonis testis
monium.*

TRACTATVS QVARTVS

119

Testimoniū com-
munit loquentiū

terea solum proprie moueri dicimus, quod eo motu cie-
tur qui ad locum accomodatur. Quod si quippiam quie-
scat quidem eodem in loco, incrementa vero vel decre-
menta suscipiat vel alteratur id aliqua ex parte & nō ab-
solute mouere dicere consueuimus motum igitur omni
in tempore semper fuisse, semp̄ fore, & quid est princi-
pium p̄petui motus. Quis præterea primus est motus, &
q̄s solus p̄petuus esse potest, & id insup̄ qd̄ primū mouet
imobile esse, satis iam hisce quæ dicta sunt explicauimus

TRACTATVS QVARTVS continet vnicum ca-
pitulum in quo philosophus ostendit quale sit primum
mouens videlicet q̄ sit indiuisibile & nullam prorsus ha-
beat magnitudinem.

78 **N**unc aut̄ partib⁹ hoc vacare magnitudinē
nullam prorsus habere necessariū esse di-
camus ac demonstrē oportet, prius hisce
definitis quæ hanc sententiam antecedunt. ¶ Atq̄ horum
vnum est hoc fieri in quā non posse quos finitū quicq̄ tem-
pore moueat infinitū. Tria namq̄ esse in omni motu con-
stat id quod mouetur id quod mouet, & tertium ipsū
tempus. Atq̄ aut̄ hæc om̄ia infinita sunt, aut finita aut ho-
rum aliqua vt duo aut etiam vnum. Sit igitur A. quidem
mouens B. autē id quod mouetur, & tēpus infinitū sit C.
Pars itaq̄ ipsius A. quæ quidē sit. D. moueat partem ali-
quam ipsius. B. sitq̄ illa pars. E. atq̄ patet, nō toto. C. tpe
ipsam mouere. In maiore namq̄ maius nimirū mouet qua-
re sit vt tempus illud infinitū nō sit designet atq̄ sit F.

1º. primū motus
rem impartibile in
corporeū esse
oportet.

2º. finitū tpe in
finito quicq̄ mo-
uere impossibile est.

LIBER OCTAVVS PHISICOR VM.

¶ Hoc igitur pacto addens ipsi D. atq; E. parti partem totum. A. tandem & B. similiter totū consumam, tēpus aut nunq̄ æqualem F. parti semper auferens partem quippe cum sit ut est suppositum infinitū. Quare totum. A. mouens totum B. ipsum finito in tempore. C. mouebit, fieri ergo non potest, ut a finito quicq̄ infinito in tempore moueatur peripicuum igitur est fieri non posse quo finitū quicquam tempore moueat infinito.

32^o. in magnitudine quidē finita vires infinite reperi ri neq̄z possunt

79. ¶ Fieri vero non posse ut finita in magnitudine vires sint infinite ex hisce sane fuerit motum, sint em̄ maiores eę semper vires quæ equale quod minore in tempore faciunt ceu calefaciunt, aut dulcedine afficiunt, aut proiciunt omnino mouent. Quod cum ita sit, ab eo quoq; profecto quod infinitum quidē est, infinitas aut vires habet patiens quippiam patiatur, & magis q̄ ab alio patiatur necesse est, infinite nanq; vires viribus sunt maiores finitis, at nullum esse tempus omnino potest, quo vires ille mouerent, nam si sit. A. tempus, quo vires infinite caleferunt vel pepulerunt. A. B. vero sit tempus, id in quo finite quædam vires mouerunt, hisce viribus si maiores finitas vires semper addidero, ad eas tandem vires perueniunt, quæ mouere in. A. tempore possunt. Finito nanq; cuius si finitum semper addidero omni quouis illud de finito faciam maius, & si abstulero minus idētidē faciam. Ergo tempore in eodē aut æquali finite ac infinite vires mouebunt, hoc aut est impossibile, fieri ergo non potest, ut magditudō finita vires habeat infinitas.

TRACTATUS QUARTUS

103

80. ¶ Nec igitur fieri potest, ut infinita in magnitudine finite sint vires atque quæ sit ut minore in magnitudine plus virium insint multo tamen maiores sunt in maiore. ¶ Sit itaque magnitudo infinita, A.B. atque pars eius, C.B. vires aliquas habet quibus, D. mouit aliquo in tempore quod E.F. litteris designet. Si igitur ipsius C.B. duplum cepero magnitudinem, hac enim nunc ratione utamur illa temporis in dimidio quod est, E.G. idem profecto mouebit, Quod si hoc pacto sumpsero partes, A.B. quidem magnitudinem nunquam transibo. Tempore vero dato semper accipiam minus. Erunt ergo vires ipsius, A.B. magnitudinis infinite. Omnes enim finitas exuperant vires. Omnium autem finitarum virium tempus etiam finitum esse necesse est. Nam si aliquo in tempore moueant tante, maiore minore in tempore quidem, at definito mouebunt conuersione contraria rationis. Sunt autem infinite vires perinde atque multitudo magnitudoque infinita est ea, quæ multitudinem omnem magnitudinemque exuperat definitam.

4. 2°. neque plane e
diuerso fieri potest: ut in magnitudine infinita vires sint finite.

pbō 2. 81. ¶ Licet autem hoc idem sic etiam demonstrare. Accipimus enim magnitudinis finite cuiuspiam potentiam aliquam generis eius potentie, quæ in magnitudine est infinita, quæ finitam potentiam infinite magnitudinis metietur. ¶ Ex his igitur quæ dicta sunt patet fieri non posse ut finita in magnitudine vires sint infinite, aut in infinita finite.

82. ¶ Sed de his quæ feruntur bene sese habet, aliquam primo dubitationem afferre. Nam si omne quod mouetur ab aliquo moueatur, quo pacto eorum quæ seipsa mouent

Dubitatio,

LIBER OCTAVVS PHISICORVM.

R.^o falsa.

continue nonnulla mouentur, eo q̄ mouerat non tangen-
te vt corporum ea que proiciuntur. ¶ Quod si hisce qui
mouit, & aliquid aliud simul mouet vt aerem, qui quidē
mouet subiēns motum, similimodo p̄fecto fieri nequit,
vt illa moueant ipso primo non tangente neq; mouente.
Sed simul om̄ia moueant, rursusq; moueri tum desinant
Cum id quod primo mouet desinit mouere necesse est,
& si perinde facit vt magnes veluti si mouet qd̄ mouet.

R.^o vera.

¶ At enim hoc dicatur necesse est, id quod primum mo-
uit facere vt mouere etiā possit aut aer aut aqua; aut ali-
quid tale quod quidē est aptum mouere motumq; sub-
ire, sed nō desinit mouere atq; moueri sed desinit quidē
moueri, cum is qui mouet moueri desinit. Est aut̄ adhuc
mouens. Quapropter mouet alii herens, vt in hoc eadē
ratio est, desinit aut̄ cum mouēdi potentia minor fit in eo
quod heret. P̄cinitus aut̄ desinit, cū antecedens non vltē-
rius mouens fecerit, sed motum subiēns solum. Hac aut̄
simul desinere alterū mouere alterū moueri totūq; mo-
tum necesse est. ¶ Is igitur motus in hisce fit quā nōnunq; **Lō:**
moueri nonnunq; quiescere possunt, & nō est continuus
sed apparet, nam aut deinceps collocatorū, aut tangen-
tium est. Non est em̄ vnum mouens, sed plura, quorū ali-
ud alii heret. Quocirca talis motus in aere fit & in aqua,
quē quidam antiperistasis esse dicunt. Impossibile autē
est alio modo soluere ea quæ dubitata sunt, q̄ dicto mo-
do, ipsa aut̄ antipastasis cuncta simul mouere moueriq;
facit. Quare & desinunt simul nunc aut̄ vnum quod con-

tinue ab aliquo moueri videt, non em̄ ab eodē mouet̄.

pb̄o 1. 83. ¶ Quoniā aut̄ in hisce quæ sunt continuū esse motū
necesse est, hic vero est vnus, atq; vnum motum magni-
tudinis cuiuspiam esse necesse est. Non em̄ id mouetur,
quod magnitudinis est expers, & vnus esse atq; ab vno,
alioquin continuus non erit, sed herens alius alii atq; di-

s 2°. p̄mus motor
magnitudinis ex-
pers semper vnus
idemq; imutabilis
infatigabilis ma-
nens motū q̄ simi-
limū int̄perat mo-
bili & regularem

pb̄o 2. ¶ Id quod mouet si vnum est, aut subiens motum
mouet, aut immobile est. Si igitur mouetur, simul sequa-
tur ipsum atq; mutetur, & insuper ab aliquo moueatur
oportet. Quare stabitur atq; ad id accedet̄ qd̄ mouet
& est immobile. Hoc em̄ non simul mutari necesse est, sed
poterit semper mouere, nam hoc pacto mouere sine la-

pb̄o 3. ¶ Est hic motus aut solus aut maxime
est vniformis. Id em̄ quod mouet nullam subit̄ mutatio-
nem. Id etiam quod ab illo mouetur, vt motus sit similis
non subeat mutationem oportet.

84. ¶ Atqui illud aut in medio, aut i orbe esse necesse est.
Hæc em̄ principia sunt. At ea que p̄pinq̄issima sunt mo-
uenti summa cū celeritate mouent̄. Talis autē est ipsius
totius motus. Illic igitur est id quod mouet.

6 2°. necesse est p̄i-
mum motorem in
circulo p̄mi mobis-
lis sedem habere.

85. ¶ Existit aut̄ dubitatio si fieri possit, vt quippiā motum
subiens continue moueat, sed non vt id qd̄ iterū iterūq;
pellit ex eo continue mouet, quia motus deinceps sunt.
¶ Aut em̄ ipsum pellere vltrahere vel vtrūq; facere opor-
tet, aut aliud aliudq; succedens p̄inde atq; sit in hisce que
proiiciunt̄, vt antea diximus, si cū facile diuisibilis sit vel
aqua vel aer, alius semp mouet subiens motū, At neutro

Dubitatio.

R°.

LIBER OCTAVVS PHISICORVM

modo motus vnus esse potest, sed plures herentes erūt. Solus igitur is est continuus motus, quo id quod est immobile mouet. Semper enim similiter sese habens, & ad quod mouetur similiter & continue sese habebit

72°. primū motorem ab omni vanitate mutatiōeque liberum vllam habere magnitudinem impossibile est


86. ¶ His hoc pacto determinatis, patet impossibile esse primum mouens atque immobile magnitudinem vllam habere. Nam si habet, aut finitam aut infinitam ipsam esse necesse est. At demonstratū est prius in naturalibus, fieri nō posse vt magnitudo sit infinita, & nūc demonstrauimus finitā magnitudinē infinitas vires habere nō posse, & impossibile insup esse infinito in tpe quicquid a magnitudine finita moueri. Primū autē mouens eterno motu infinitoque tpe mouet. ¶ Patet igitur ipsum indiuisibile vacareque partibus, ac magnitudinē nullam prorsus habere. Lōz. 2

¶ Phisicorum Aristotelis liber octauus, & vltimus finit. per Ioannē Argiopylurn accuratissime e greco in latinum translatus. ¶

¶ Impressum Craccouig, in edibus famati viri dñi Ioannis Haller ciuis Cracouien.

Anno saluatoris Iesu Christi

1519.



Konserwacja dokonana w r 1952
przez Piotra Karawskiego
Intrygatora Biblioteki Miejskiej



